Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Defensio Joannis Reuchlin Phorcensis LL. Doctoris Contra Calvmniatores Svos Colonienses

Reuchlin, Johannes

Tubingae, 1514

urn:nbn:de:bsz:31-271837

Visual Library

O 42
A 659

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

G. KIEHNLE
BUCHBINDEREI
PFORZHEIM

UBI THESAURUS IBI COR.

No.

Class Case

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

042 A 659 R

O

Dezember 96

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

J 1941 G 951

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

042

Landes-
Bibliothek
Karlsruhe

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Zu[illegible] defensio [illegible] to [illegible]

Defensio Joannis Reuchlin PHORCENSIS LL. DOCTORIS CONTRA CALVMNIATORES SVOS COLONIENSES

STAEDT. ARCHIV PFORZHEIM

SVMMARIVM LIBRI

¶ Welcher schrybt oder sagt das ich obgenanter doctor inn mynem ratschlag die iuden bücher betreffend/ auß beuelch kaiserlicher maiestat gemacht/ habe gehanndelt annders dann ain cristenlicher frummer erber biderman. Der selb lügt alls ain vnglaubhafftiger/ lychtfertiger/ eerloßer bösewicht/ des erbeut ich mich zů eeren vnnd recht für zů kummen.

042

DEPL. BIBLIOTH. LAHNSK.

042 A 659

Landesbibliothek Karlsruhe

Landes-Bibliothek Karlsruhe

Z 4

MAX.ÆMILIANO CÆSARI MVNDI DOMINO ROMANORVM IMPERATORI PIO FOELICI INCLYTO VICTORI AC TRIVMPHATORI SEMPER AVGVSTO Germaniæ regi, & Archiduci Austriæ. Ioannes Reuchlin Phorcensis LL. doctor, se ipsum & hanc contra calumniatores suos Colonienses defensionem deuote commendat.

QVhementer grata mihi est q̃ sese obtulit imperator Maxæmiliane cæsar Auguste, apud te post omniũ rerum conditorem unũ mũdi dominũ contra pacis inimicos, apud principem iustissimum contra iniurios, grauissimũ cõtra leues, æquissimũ contra iniquos, denicq; ueritatis amãtissimum cõntra falsos delatores, sperata diu & exoptata illa ipsa, uitæ meæ innocentiam quę a nocentibus nocens insimulatur, integritatemq; fidei quæ a nugatoribus labefactata garrit, & christianam simplicitatem in qua sum ab infantia enutritus defendendi occasio, eocq; optatior quo tu es & re & fama iustior atq; prudentior. Habes em̃ a diuis parẽtibus Friderico tertio Romanorũ imperatore & Leonora Augusta Portugalliæ regina, omniũ uirtutum promptuariis, tanq̃ ex traduce innatã iustissimi & seuerissimi animi rectitudinem in odiũ uniuersę malignitatis & uitiorum propensam. Quod laudis testimoniũ & imperiales electores tibi & imperium totum patri tulit, & pater ipse tum regum rex, in despõsatione quondam reginæ matri tuæ annos ante unum & sexaginta perhibuit, quando legatis Vlysbonam missis ad serenissimũ Alphonsum Portugalliæ regẽ auunculum tuũ, ita suo nomine inclytam uirginem Leonoram saluere iusse rat his uerbis. Tota pulchra es per naturam, pulchrior per uirtutes, pulcherrima per gratiam desuper datam. Quo matrimonio Hispaniæ omnes potentissimos reges sibi affinitate coniunxit. Accedit ortus tui stirps & fundamentum Austriæ domus inclyta, regum & imperatorum mater, quę sæpe Hungariæ, sæpe Bohemiæ, & aliquando Polonię reges dedit. Vnde Rudolphus magnus, unde ambo imperatores Albertus secũdus, & Albertus ille tertius Ladislai regis Hungariæ & Bohemiæ, atq; maiestatis tuæ patrui magni pater. Vnde fulmina bellorum Ernesti. Leopoldi. Friderici, & alii complures memoratissimæ ac summæ nobilitatis uiri. Hoc tu regio utrobicq; sanguine prognatus, decq; clarissimis sceptris, diadematis, thronis & regnorũ soliis, iusticiam & iudiciorũ stateram hereditario iure adeptus, quomodo posses non iustus esse? Ad amplissimam aũt uirtutũ tuarum magnitudinem haud ab re additur etiam illud supra modum illustre ac imperatorium, q̃d probissimus quisq; maximo prę conio in te collaudat, ut quanto sis in cunctos oppressores & uiolentos stomachosior, tanto consueueris benignius audire lacessitos iniuria. Quo fretus ego nũc ad insignes, atroces & immanes cõtumelias iniuriasq; antea inauditas mihi tuo consuli, & diui quondam patris tui aulico

Consul regf

042

ueterano, contra ius & phas uiolenter illatas a quorundam Coloniensium professorum contubernio iam pridem per diffamatorios libellos in mille ut aiunt exemplaria diuulgatos, & post omniũ ferme hominũ lectionem, tuæ tandem maiestati oblatos, plane abigendas & propulsandas libẽter & ita dilucide respondebo Cęsar Augustissime, ut non tm̃ maiestas tua illa sublimis uerũ etiam totius orbis terrarum ambitus cuius tu moderator & rector es nedum oculis perspicere, sed etiam ipsas insidias, dolos & fraudes naturę humanæ inimicas manu contrectare ac tangere queatis, mecq; iure optimo secundiore fama exornare. Cogor aũt in hac causa contra homines rudes, contentionis cupidiores q̃ ueritatis, tenui filo dicẽdi & quod me piget ieiune potius & exiliter, nulla uerborum ubertate, nullo eloquentiæ ornatu aut orationis elegantia tuę maiestatis auribus dulciori modulo assuetis digna, sed exiguo tm̃ sermone istis triuialib⁹ sophistis apto ut incõdito & prope solœcisante rem omnem agere, tum maxime cum ad metam negocii per spinosa dumeta & sentico̅sos calles meabit oratio, ut me aduersarii mei alioqui animo uulpiones & bouinatores, lingua uero agrestes & barbari, latinitatis imperiti & humanorũ studiorum pe̅tesi facilius intelligere possint. Vbi me plurimum solatur id quod maiores nostri tritum habuere in prouerbio. Satis eloquentiæ est innocentia, quippe quę plus rerum euidentiam q̃ uerborũ flores desyderat. Tamen hoc omnium primum affirmo, & tam coram te senatuq; tuo illustrissimo, q̃ etiam corã cœlo & terra protestor, in hac mea defensione quin immo in tota mea uita oĩbus scriptis & dictis meis prętéritis & futuris, nihil sensisse dixisse ac scripsisse me uelle, nisi & q̃d & qualiter sentit & vult ecclesia catholica & eius caput summus pontifex, cui omnia in his quæ sunt fidei atq; morũ dicta & dicenda subiicio, semper paratus eius regulę me conformare & assentiri, ac denicq; stare sentẽtiæ cuiuslibet melius sentientis. Similiter in hac mea defensione dico & in omni parte eius repetitũ esse uolo atq; protestor, q̃ nullum mihi neq; est neq; erit propositum, nullum studium, nõ animus, non uoluntas quenq; bonum uirum aut hominẽ lędere, cuiuscunq; status, honoris, dignitatis, cuiuscunq; nationis, uniuersitatis, facultatis aut doctrinę fuerit. Constituiem̃ apud me ipsum, proclamo hac uoce, protestor his scriptis, nemini obesse, neminem taxare uelle, nullius famam tangere, nisi fuerit unus e numero calũniatorum meorum de facultate theologiæ Coloniensis uniuersitatis, & qui famoso carmine infames semetipsos fecere, quorũ leuitatem & improbitatẽ crimina & scelera ostẽdere palam omnibus necessariũ erit, ut delatorum meorũ dictis nulla fides adhibeatur, & non aliam ob causam, qm̃ semper iurgiorum & extra iudicialium litium ego fugitans, quam mihi mea præstiterunt studia placidissimę uitæ tranquillitatẽ amaui, nec odi ui ullum magis scribendi munus q̃ q̃d in disceptatione & amarulenta quoq̃ modo altercatione sit constitutum. Atq; ut inde apologia incipiat unde hæc omnis mihi falsa infamia cũctorum auribus ingesta concinnatur. Anno ab hinc ante tertio Cæsar optime maxime, accepi qua decuit reuerentia q̃ddam

Marzato

a sacratissima maiestate tua mandatum, augustali diplomate in lingua ger-
manorum conscriptum, inq; tabellas illustrissimi archicācellarii tui Vrielis
Gemmingensis Moguntini archiepiscopi, pariter teutonico sermone clausū
& obsignatum accurate, quibus ille in uirtute cōmissionis sibi abs te factę, ur
gebat tuis me parere iussis & præceptis, ut secundū tenorem mandati, prope
re ac sine mora cogitarem diligenter, & pro mea opinione consulerē tuę ma
iestati de omnibus iudæorum libris excepta sola biblia perimendis. Ad eo
laudem scilicet, fidei christianę commodū, diuino seruitio augmētū allatura
esset omniū librorum iudaicorum pter bibliam peremptio siue cōcrematio.
Simul aūt tecum ille princeps exhortabatur ea de re opinionē meam quan-
tocius & incunctanter ut ad se renutterem, quo tuæ satisfacere posset cōmissi
oni, quæ iubebat ei omniū consiliariorum per te nominatorū uota colligere,
collectaq; mature perpendere, ac singula cum sua quoq; opinione mox tuæ
transmittere maiestati. Lectis tabulis & diplomate sacro, fateor derepente
primo aspectu obmutui, nescius quid struere his cœptis, quid moliri, quid co
nari uelles nisi forte libros cōburere, quos neq; historiis indubitatis, neq; an
nalibus approbatis, aut aliis fide dignis monumēris cōstaret ab aliquo unq;
imperatore romanorum de primo ad ultimū connumerando fuisse combu
stos. Sed em nec sacram etiam scripturam, nec ius ciuile, nec ecclesiasticas san
ctiones, nec determinationem ecclesiæ uniuersalis, nec sanctorū patrum de-
creta ullo in loco inuenire poteram quæ de iudęorū libris cremandis & com
burendis sententiam aliquā in specie & ut quæstio quærit, animo condēdi le
gem tulissent. Nulla igitur lege nominatim de libris hebraicis perimendis ro
gata, putaui cum eis agendum esse quo ad peremptionē uel non peremptio-
nem, haud secus atq; cum omniū romanorū ciuium libris quacunq; lingua,
quocunq; charactere conscriptis, Eo q; iudæis per cōstitutiones imperatorū
Gratiani, Valentiniani & Theodosii Augustorū, liceret communi nobiscū
romano iure uti, Quare discussis quantū potui eorum uoluminibus, anteq;
de singulis particulariter iudicarem, prius in foribus & prę uestibulo, in ipso
scilicet frontispicio decisionū mearum ad generalem quæstionem tuam. An
omnes iudęorum libri prę ter bibliam sint perimendi? hoc generale quin po
tius uniuersale responsum meū posui, de uernaculo germanorū sermone in
latinū isto modo transferendū. Ita em omnium primū aiebam. Nunc aūt ue
niendo ad ipsā quæstionē dico sic. Apud quēcunq; iudæū scienter inuenitur
aliquis talis liber qui expressis uerbis simpliciter & plane ad infamiam, blas-
phemiam, schandalum & irreuerentiā domino deo nostro Iesu, suæ dignissi
mę matri, sanctis Aut christianę cōstitutioni seu ordinationi editus esset, ille
posset imperiali mandato eis tolli & comburi, & iudæus ille ob id puniri, q
ipsemet talem non lacerasset combussisset aut suppressisset. Hæc sunt uerba
mea, quę tū in uernacula lingua germanorum qua me conformiter ad man-
datum commissionē & præceptum utioportebat, magis proprie resonant.
Quia uero diuisis primū iudęorū libris in uarias partes, secundū uaria in eis

042

contenta, in fine omniū partitionū charta secunda facie prima circa medium inter alios q̃ plurimos multarum formarū libros ostendi aliquos etiā reperiri, qui irrisionibus detractionibus uel blasphemiis quibusdā singularibus, dilectissimum dn̄m nostrum & deum Iesum, dignissimāq̃ matrem eius, etiam apostolos & sanctos afficiunt, quorū ego non plus q̃ duos legi Nizahon & Tholduth Iesu Honozri, ne me de eisdem inter cæteros illius ordinis cōmemoratos libros specialiter contumeliosis propriū postea in decisione partiū instituere tractatū oporteret uolui tales libros extra suum ordinē exceptos expressis uerbis simul sub hac generalitate iam lecta comprehēdere, Quare mox singularē de illis & notabiliter distinctū paragraphū uniuersali decisioni meę superius positæ subiunxi & adnexui sub hac uerborum forma. Tantundem sit dictū de contumeliosis libris quos ego in ultima parte librorum iudaicorū indicaui, hęc ibi. Adiecta em̄ ista expeditiōe putaui me patēter exoneratū, ne propriū capitulum de Nizahon & Tholduth eiuscemodiq̃ uoluminibus elaborare oporteret, De reliquis aūt ordine sequēntibus speciatim enumeratis quatrifidam ostendi opinionem meam, non pertinacem assertionem, uidelicet & bibliam penitus intemeratā uenerari, & libros qui nihil sonti contineant quocunq̃ uocent nomine ut Cabala, Perus, Midras, Drasoth Spharim & consimiles seruare. Omniaq̃ magica hominibus nociua perdere, & thalmud non propter contentas in eo stulticias fatuitates, absurdas ue doctorum opiniones disputandi gratia recitatas maxime secundū uerborum corticē intellectas cōburere, sed qua in partitione seu portione thalmud aliqs malignus esset abiicere, & hoc ad mentē uniuersalis responsi superius p̃missi. Habes iam summā cōsilii mei formaliter recitatam cæsar inuictissime, quod longiore compagine absolutū legisti, eo me refero. Sane non mihi deerat uoluntas omni opera studio diligentia (ut omēs debemus) tuis desubito & puriter obtemperandi mandatis. Misi em̄ celeriter ut imperasti, & misi fidelissime, paricq̃ modo sicut accepi clausum & obsignatū de consulēdo mandatū, ita responsa dedi, uicissimq̃ clausum & obsignatū consilium meū non fraudulentum, non diffinitionē pertinacem quin potius opinionis meæ consiliū ad te dandum per apparitorem fidelē & iuratū commissario tuo transmissi. Sed quid secutū sit audi obsecro, & quidem attente, non em̄ mea tm̄ res agit̄, sed & tua & senatus, & omniū principum, omniū magistratuum, omniū cōsularium uirorum, omniū qui circa res publicas in rebus agendis, in consiliis capiundis, in electionibus tractandis, in uotis suscipiendis, in occupatione urbis & orbis uersantur. Nam cū ita fuisset consiliū meum in manu Archicancellarii tui principis illustrissimi, anteq̃ maiestati tuæ repræsentaretur, inuentus est iudæus quidam baptizatus Colonienſis cognomento Pepericornus cum assumpto sibi titulo, iudæorū hostis, ignauus certe homo, uel bestia potius uenenata, qui mox idem consiliū iam tuum cæsar, tuum inquā, quia tibi destinatum iussu tuo & commissario tuo traditū, nescio quomodo, qua fraude, quo astu, quo ingenio malo, qua hominū perfidia te prueniens, in sui po

Consilium mū Cesar

testatem redegit, & furia percitus qd me uideret non omnia iudæorũ cremã
da decreuisse, ut multorum auxilio & cõsilio iniquissimo & iniustissimo uin
dictam quęreret, in publicũ per plurima transsumpta prodidit atq; renuncia
uit. De quo nefario scelere imperialis lex principũ loco sic ait. Consiliorũ no
strorum renunciatores aut uiui exurantur, aut furca suspendantur. Quo ni
hil unq̃ potuit a maioribus nostris sanctius sanciri, nihil opportunius, nihil
commodius, imperatoribus clarissimis, exercitibus ornatissimis, prouinciis
grauissimis, ciuitatibus, municipiis, consulibus, consiliariis, ducibus, auctori
busq; conseruandæ rei pub. ne consilia consularium uirorũ temere disperge
rentur in uulgus, sine decreto absq; iussu, pręter uoluntatẽ principis & magi
stratus, nulla cogente necessitate. Nunq̃ em̃ taciturnitatem ut ait Valerius
optimum ac tutissimũ administrandarũ rerum uinculũ labefactari uolebãt
Vnde Fabius Maximus eo q̃ P. Crasso tum quæstori, necdum in senatorũ
ordinem descripto, quæ in senatu gesta erant, obuiam factus in itinere nar
rauit, uehementer a consulibus obiurgatus est, q̃uis honesto ductus errore,
A silentio nãq; dictum esse arbitrabantur consilium quasi consilentiũ ut Fe
stus Pompeius scribit. Quapropter consiliarii in iure ciuili silentiarii appellã
tur, & secretarium locus est qui a nostris cãcellaria dicitur. Hoc uno igit ma
xime omniũ in consiliis opus est, quod Simo Terentianus optauit in Sosia, Fi
de & taciturnitate, Vnde Salomon in prouerbiis ait. Fidelis spiritu celat uer
bum, Nõ id eo prosequor q̃ mea fuerint quę sunt proditorie reuelata, aut q̃d
me pudeat meorũ q̃ consului. Oĩa em̃ consilii mei sana sunt, si sane intelligã
tur, & omnia recta, si non peruertantur. Coinquinatis autem nihil mundũ
sed inquinatę sunt eorum & mens & conscientia, quo sępe & sanctissima pro
phanantur & mũdissima polluuntur, iniquissimorũ audacia & temeritate,
Sed tm̃ ostendere uolui, q̃ honesta, q̃ grauia, immo aũt q̃ turpissima, q̃ leuis
sima calumnię suæ fundamenta nouo more per alium lacessendi iecerint de
latores mei a nepharia proditione Pepericorni Coloniensis sumentes initiũ,
qui non hoc contentus erat quod prodidit, non his in limitibus mansit, non
perstitit hoc scelere, sed ultra grassatus est, iudæus aqua tinctus, contemptor
legum, humanę societatis præuaricator, & euangelicæ charitatis apostata
Instructus em̃ ab eis qui se iactãt e numero doctorũ esse, ac sic farcinatus mul
tis & uariis inutilibus allegationibus, tam theologię q̃ iurium homo alioq
indoctus & literarũ imperitus, nulloq; latini sermonis libros callens, & iuda
ica quotidiana pueriliter tenẽs, ad libellum aliquẽ famosum fictis criminib̃
respersum, contra me in lingua uernacula promulgandũ adornatur, & tanq̃
crudelis qui famã & existimationem honoris, bonicq; nominis cultum faciat
nihili, expeditur in facinus, armatur in audaciam, cõmittitur periculo, expo
nitur mortuus morti, contra quem nõ nisi laruis pugnandũ sit, semetipso iu
dice, indignus cõtra quem optimus quisq; & grauissimus talione confligat,
Nundinis igitur aprilibus anno M.D.XI. Francofordiæ apparet iste liber
diffamatorius, manuale speculum inscriptus aduersũ me docticulorũ machi

042

natione consutus, proditoris nomine promulgatus, & ad circiter mille exem
plaria per chalcographum Moguntinũ redactus in publicum, ipso suo pro
logo indicans manifeste tanti facinoris auctores, Necq; em̃ qui prodere con
sueuerat, factionẽ illam perditissimorũ hoim̃ tanq̃ vas futile et rimariũ ualde
plenum, continere celareue poterat. Sed Arnoldum quendam de Tungari
ex professoribus Coloniensibus aduersum me (ut idem ipse protestatur)
de collegio electũ, in libelli famosi titulo præfatur atq; prenominat, sicut mal
leus fabrum, cui & ea ipsa diffamatio quodam ritu dicatur & sacratur. Quę
cum a mercatoribus propter longinquitatẽ loci peregre ad me allata fuisset,
eandem mox ad te cæsar optime maxime, in imperiali ciuitate Reutlingen
attuli, supplicando flagitans, ut innocentiã meã audires. Tu uero q uitę meę
integritatẽ non tm̃ experimẽto proprio atq; tuo, uerũ etiã optimorum testi
monio & communi fama iam diu pernosti, plane atq; conspicuo, abomina
baris & uultu & uerbis tm̃ scelus & tam nephariũ facinus, utq; tibi libellum
eundẽ famosum porrigerẽ imperasti, quem mox e sinu meo porrectũ de ma
nu in manum astantibus tuo lateri proceribus commendasti. Sed hi propter
occupationẽ tot & tantarum legationũ tunc affluentium, pollicebãtur te ne
gocium illud Augustensi episcopo cõmissurum. Ergo properanter abeunte
te trans alpes ut aiebant, domum repedaui, expectans citationem episcopi,
Cũ aũt molesta mihi esset oĩs cunctatio, per amicos sollicite reuerendissimũ
episcopum commonebã, ut imperiali delegatione fungẽs innocentiã meam
audiret, qui respondit se nullam recepisse cõmissionem, quapropter in causa
mea procedere nequiret. Iam appropinquabant nundinæ septembres urbis
Francofordię, ubi ante neophytus infamis ille iudæus infamiã noĩs mei spar
serat. Quid tum facerẽ Cęsar? hanc em̃ mihi molem impendentem quæ ho
noris mei ruinam minaretur, si aut ponderosam asperã & arduam, aut ple
nam sollicitudinis atq; curarum fuisse negem, mentiar, præsertim qui facile
cogitare poteram, hoc mõstrum, hoc prodigium. Hebionẽ corpore, Thersi
tem animo, audacia furentem, scelus anhelantem, pestem mihi nephariẽ mo
lientem ad eũdem locũ, ad easdem nundinas communis germanorũ empo
rii rursus esse uenturum, meq; absentem multo grauius uehementiusq; lace
raturum, sinon Cęoipse omnem de me iniquam suspicionẽ ueritate prius tol
lem̃. n, si non quæ sanari poterant, quacunq; ratione sanarem, sed resecanda
pullulare permitterem. Scio fuisse expectationem mei grandẽ & ingentem,
scio iudicium populi, qui non delectu aliquo aut sapientia ducitur ad iudicã
dum, sed impetu nonnunq̃ & quadam etiam temeritate (ut Cicero ait) non
est consilium in uulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia. Qui in imo
prisca & agresti simplicitate plebs uiuit, & quicquid dicit, ut prima spe
cie uerum esse putat, qm̃ non nisi uera dici arbitratur oportere, in hoc laudan
da uel etiam amanda, non assueta mendaciis, nõ fucata, non erudita artificio
simulationis. Erat igitur facilimũ credere me reprobum esse, quia tot clamo
ribus tanta uociferatione, tam frequenti concione leuissimus ille ganeo mul-

titudinis aures mea infamia oppleuerat, Quapropter enitendũ fuit ut quic-
quid contra me temerator scripserat, q̃ uerissime diluerẽ, & rumores emacu
larem, Feci certe diligenter quod instituerã, feci quod debui, feci triumphare
ueritatem, quare librum apologeticũ in lingua teutonica Oculare speculum
nominaui, qm̃ suum calumniator Manuale speculũ prius inscripserat, melio
ribus ego auspiciis, q̃d manus non uideat sed oculus, ꝗ ego innocentiã meã
oculis subieci, at ille calumniam suã manibus & uiolentię, Nam ipse manum
inferre uoluit, ego saltem uideri & cognosci e speculo manũ potentiam atq;
uim aduersus me furentem. Socrates dicitur a nequissimo nebulone in faciẽ
percussus nihil uindictę postulasse, nisi ut nomen iniuriãtis in fronte gereret,
quo illius tanta malitia omniũ oculis appareret spectanda. Sic oculari specu
lo istius maledicta conspicienda statui, quo uiderẽt omnes boni clare aperte
liquide aduersarios meos plus q̃ triginta quattuor mendaciis ad mei contu
meliam in manuali speculo esse abusos. Vtq; figmenta sua splendidius sole
patefierent, libuit ea unicuiq; digito mõstrare, quod fieri sane non potuit, nisi
& una omnibus consiliũ meum tibi cæsari augustissimo a me datum, quod
prius a proditore non solum renunciatũ sed etiã publicatum fuit, in propa-
tulo & perspicuo exhiberem, ut cuiuslibet in pagina chartæ per apposita si
gna deprehenderet uniuersa natio germanorum calumniatoris falsitatem,
Coactus aũt ego in tali periculo famæ defensor salutis meæ, atq; compulsus,
ipsum cõsilium necessario in triuiis & compitis, omnibus dignis & indignis
proponere, haud ab re consyderabam me posse in cõtentiones & dimicatio
nes uel ignorantiũ uel malignantiũ incidere, qui forte non talem de me inco
gnito gererent qualem tu habes existimationẽ Cæsar optimam & probissi-
mam ac synceræ honestatis meæ opinionẽ perspectã. Quapropter & simul
consilio adiunxi scholares disputationes cum argumentorũ breuissimis so-
lutionibus, quibus docti & literati cognoscerent me non aliter sensisse ac sen
tire uelle q̃ sentiat catholica ecclesia. Quod & in ipso meo consilio expressis
uerbis protestatus sum, ut integritatem in me fides incontaminata custodiat
Apposuissemq; tunc uulgarem illam in lingua uernacula declarationẽ, quæ
in manibus erat, si non ut supra dixi nundinæ septembres presto fuissent, ope
ramq; impressoris intercepissent, quam tñ declarationem uulgarem antea
paratam, mox in sequentibus nundinis impressam, mea sponte & ultroneo
amore erga ueritatẽ exhibui, ob depellendã a pusillis nubeculam, & ad aufe
rẽdum ab oculis uelamen, ut nemo infirmus & pusillus posset ad lapides ser
monum meorũ si qui forte putarentur pedem offendere, omnia uulnera p̃ca
uens sauciandorũ, & nulla tela formidans aduersariorum, Itaq; cõmisi uela
uentis, & apologeticũ meum una cum consilio, disputatione & declaratione
uulgari, pariter per mille exemplaria uniuersis & singulis uænum exposui.
q̃ omnia Colonienses & habuerunt & legerũt ante p̃sentis eorũ libelli famo
si editionem, quod confitentur in exordio ad tuam sacratissimã maiestatem
composito, Gratulabantur tum mihi docti & indocti, adhuc & literatissimi

Oculare speculũ

042

doctores pluriũ uniuersitatũ, aliiq; uiri boni & prudentes quotquot sunt ingeni iuriarũ perosi, absentes partim literis partim nunciis, Gaudebant & præsentior tes meæ dignitatis non modo fautores sed etiã amplificatores, maxima lætitia & uoluptate affecti, q̃ me audirent cũ christo qui est ueritas de supercilio huic montis non esse præcipitatũ, & q̃ transiens per mediũ illorũ iuerim de manum bus cogitantiũ mihi mala. Soli omniũ peperiphrones & peperimanitæ q̃rũ ludi factiosa cathena est de incolumitate nominis mei, de prospero successu famæ illuc de honoris augmento ingemiscebant, de mea dignitate tristabant, gratiæ præ inuidebant, gloriæ tedebat, uirtutũ mearum laudes oderãt, quia ueritas me de iu uicit illorum falsitatẽ. De quorũ numero plebeius sacerdos Francofordiẽsis glo quem plebanũ appellant, defensionis meæ uolumina (q̃m commissarium secun Moguntinũ gereret) mercatoribus uẽdere prohibuit, postq̃ ea Pepericornus cut s iudæo baptizato ad latus tunc assidenti & secum prandenti legisset, certe re & n cordari nequeo fuerit ne etiam tum uxorcula præsens, bellula quidẽ mulier, tiur & quæ cũ Pepericorno marito soleat uicatim, domesticatim, hostiatim am pis bulare. Causam uero uel falso potius ad archepiscopũ retulit iste sacellanus, ro sed illustrissimus princeps cui iam constaret mihi fieri grauem iniuriã, ut qui qu non prohibuisset detractionẽ, noluit prohibere defensionẽ, immo refutauit ga confirmare prohibitionẽ, quam sciebat esse tam iniustã q̃ inuidiosam. Igitur re i concedente magistratu apologiæ meę speculum oculare ab uniuersis multo no uberius emptum fuit, rumpant ut ilia Codro. Qua sane re commotus & ira to punctus idem plebeius sacrificulus, proclamauit de suggestu coram omnipo pulo inter diuina officia congregato Pepericornũ iudæum baptizatũ in se dic quenti profesto beatissimæ uirginis Mariæ eo loci prædicare uelle, diligẽter adhortando ut tum conuenirent populariter. Iam em̃ miseri peperiphrones cruciabantur, nullis hactenus scriptis ualuisse celebrẽ famam meã labefacta re, quare dolo malo inuenerũt occasionem, ut sub colore prędicationis absen tem me & tales insidias ne cogitantẽ quidem lacerare & infamare, nomẽq; meũ denigrantes in commune odiũ deferre possent, ut quod literis nequeãt, id uerbis & ore suo me non audiente attentent. Et ecce stato tpe incedit iste infamis Pepericornus multa sanctitate o deus & superi quin potius hypocri si nequissima præditus, obstipo capite desigens lumina terræ, murmuraq; & ꝗtum rabiosa silentia rodens, atq; exporrecto trutinatur uerba labello, uo ta p̃cesq; dicenti similis, Ascendit ante templũ iudæus aqua tinctus, laicus cõ iugatus, coadunata fide liũ congregatione id est ecclesia conuocata, prędicat de uerbo dei & fide christiana pontificaliter banausus lanius, cum benedicti one ad populum per signum crucis, contra prohibitionẽ imperatoris Marti ani in lege Nemo. Codice de summa trinitate & fide catholica, ubi sic consti tuitur. Nemo clericus uel militaris uel alterius cuiuslibet conditionis de fi de christiana publice turbis coadunatis & audientibus tractare conetur in po sterum, Et infra, quia iudæis & paganis ex huiusmodi certamine prophanãt uenerãda mysteria, Quod etiã tunc factum esse necessario ex tam audaci &

peperiphrones

pfaffen zu feind furer

pfaffe horn

pfaffe horn pdigt

temerario actu istius prophani & execrabilis semiiudæi præsumitur, cui in
ot sunt ingenium uelox ad malum, audacia perdita, sermo promptus & isæo torren
& præsentior. Vnde artificiũ tunc omne sermonis in proponendo uerbum dei sensim
axima læ transuertit in seditionem & mordacem contumeliam. Quę crux? quæ nex
supercilio huic furcifero satis? antea contempsit leges proditor, despexit sanctiones ca
m de manu sumniator, iura uilipendit seditionis auctor, nunc ecclesiæ determinationē
anitæ q̃ ludibrio habet prædicator immo preuaricator, Qui cũ sit ex iudæis, audet
cessu fame illud quod est in ecclesia & congregatione fidelium singularis dignitatis &
nt, gratia præeminentiæ officium publicum appetere. Contra Toletanũ conciliũ etiã
eritas me de iudæis de nouo conuersis intellectum secundũ extremam intentionem
o fordiẽ sig lossæ atq; nonnullorũ doctorum, q̃d statuit eum publicis cædibus deputã
ssarium sedum, & permissorẽ eius tanq̃ sacrilegum excommunicandũ. Sunt em multi
pericorn cut scribit tuba ecclesię Paulus noster ad Titum, etiã inobedientes uaniloqui
et, certe re & mentiũ deceptores maxime qui de circũcisione sunt, quibus oportet silen
dẽ mulier, tium indici, qui uniuersas domos subuertũt, docentes quę non oportet tur
tiatim am pis lucri gratia, Hęc est Hieronymo teste uera interpretatio, de quorũ nume
acellanus, ro Pepericornũ esse iudicari facile potest, quin audis hanc buccinam Cęsar?
riã, ut qui quasi tonitru de cœlis. Accedit ad hoc q̃ simul etiam prędicat laicus coniu
refutauit gatus a clericis neq; inuitatus neq; rogatus, & alias uisis circumstãtiis de iu
m. Igitur re inabilis, & per nullam dispensationẽ a superiore abilitatus, sed tm̃ a pleba
fis multo no permissus, in schandalũ non modicũ sanctæ matris ecclesię, taceo in mei
tus & ira contumeliã, sileo in odium mihi parandũ, supprimo q̃ sub colore sanctę prę
m omipo dicationis audientiũ simultates aduersum me conflare nitebat. Paruifacio
atũ in se meam iniuriã Cęsar, dũmodo tu & christiani omnes maximi æstimetis eccle
, diligẽter siæ opprobrium, Et audet professorũ Coloniensiũ antesignanus in album
iphrones ac pro rostris affigere suam prædicationẽ, propter quale crimen nostra me
la befacta moria & ætate agrestis & simplex quidã opilio in Niclashausen per iudicũ
nis absen sentẽtiã igne combustus est, deceptus licet primo in agris nocturna uisione,
, nomẽq; posterius aũt paris auaricię stellionatu notatus, At iste nõ somnio illusus, nõ
nequeãt, laruis & lemuribus, quos ipse corrupto uocabulo de ore suo corrupto & pu
cedit iste tido lullos nominat, cõmotus aut persuasus, non simplicitate seductus, non
hypocri pietate lapsus est, sed a leuissimis hypocritis, simulatoribus & dissimulato
ribus, ac iisdem uictis cupiditate & auaritia magistris imbutus instructus &
mura q̃ subornatus, uidens eligens & intelligens, malorũ præceptorũ pessimus di
bello, uo pulus, sua audacia, sua temeritate, sua furia, tot immania scelera, tot nefaria
laicus cõ crimina, tot & tam intolerabiles contra diuina & humana scita, præcepta,
prędicat mandata & in iure statuta, machinationes admisit & perpetrauit. Quæ de
enedicti bet igitur hunc absumere pœna? quod supplicũ? quæ saxa? quæ cruces? q̃
is Marti fides huius uerbis? quæ credulitas sermonibus? quæ spes figmentis adhibẽ
c consti da est huius uitiosissimi flagrionis & leuissimi obtrectatoris? Hacten⁹ agno
de fi de scere licuit Max. ęmiliane Cæsar Auguste contumeliarũ & iniuriarũ cõtra
r in po meam innocentiã primordiale instrumentũ, Deinceps ad opifices ipsos aim
phanãt
udaci &

In Colonien pro

aduerte obsecro, probasti malleum, ad fabros perge, uidisti riuū, fontes scrutare, omis dedecoris discipulū audiuisti dcis instructū & arte pelasga, scholas aspice atq; magistros eius sceleris auctores. Non em̄ me iuuat euasisse totas urbes argolicas ut inquit poeta. Quod restat horribilius est. Centauri in foribus stabulant, scyllæq; biformes, disponunt enses & scuta latentia condūt, Quid hoc rerum est inquies? Erupit (ut uno uerbo dicam) tota concio professorum theologicę facultatis Coloniensiū duce Arnoldo tanq̄ mādatario (ut ipse ait) ab eisdem electo, instar apum ex alueario cū murmure & susurro, in auxilium sui præcursoris iudæi tincti. Nam cum se uident nihil egisse hoc suo Sinone q̄d honorē meum apud bonos & graues minueret, ipsi caterua tim quasi ex equo troiano cauo se robore promūt, & qui hactenus occultis insidiis certarunt, nūc aperto marte conātur me opprimere. Acta res fuit usq; huc in lingua germanica, qm̄ tu Cæsar non tm̄ imperator mundi uerū etiā idē ipse & rex Germaniæ & archidux Austriç, cū tuo cancellario archepiscopo Moguntino, omnia mecum in lingua germanica et sermone patrio egistis, ego item germanice respondi. Quando igitur nostra gens teutonica quę legere & intelligere potuit quicquid uernaculo sermone inter nos disceptauimus, innocētem me & ab omī aberrantis opinionis suspicione liberū, propterq; declarationē meā uulgarē iam diu publice ubiq; lectam integrū atq; probum in hac causa uirum esse cognouit, iniustā afflictionē mei commiserata, q̄d istis professoribus & eorū complicibus bilem & stomachū mouit, iam iam alia uia nocere decreuerunt, & alteros in loquela latina contra me diffamatorios libellos composuerūt, quos ut maioris essent auctoritatis tuo nomīni maxime imperator titulariter dicarunt, quo de te quali sint iudicio facile sentis, cum non defensiones de iure naturæ homini datas ut ego, q̄ eos nunq̄ ante læsi, sed famosas eorū calūnias in tuā gloriā ascribant, & tuæ serenitati suas ignominiæ nubes obducant. Intelligis & qua fraude quibus insidiis impressos eosdem latine, cum simus nos utraq; parte germani, & consilium illud meum germanice ad te scriptum a me fuerit, omnibus passim & nostratibus & peregrinis uendiderint, scilicet ut nationes exteræ ignorantes linguę nostræ idioma & dicendi pronunciandi scribendiq; proprietatem ac consuetudinem, falsa & peruersa eorū interpretatione & mutilata immutataq; de alemanicō in latinū translatione persuasæ aliquando, nomen meum hominis ignoti & in oculis suis peregrini, ultra Sauromatas Gallias & alpes ubi nemo me possit defendere, inter reos deferant, vnde obliqua & reflexa tandem ad terras nostras referat mea infamia. Hæc illis summa instituti fuit, qua in causa clementissime Cæsar id me beat & hoc mihi a superis benigna sorte contigisse arbitror, q̄ coram te imperatore optimo maximo bellū hoc turbulentū licet sine sanguine, non in campo armatorū & castris ubi tu hostium potestatē semper cum triūpho uincere soles, sed inter parietes calamo & atramento expugnare mihi tuo ueterano concedit, qui non tm̄ sub diuo patre tuo causarū patronus militaui quondā tam in senatu q̄ in consistorio

Cur latine scripserint

Quo fuerit firmitas Cesari fid

tes scrt-
a, scho-
sisse to-
ri in fo-
condūt,
io pro-
dataria
& susur-
il egisse
si cater
s occul-
res fuit
di uerū
o arche
e patrio
utonica
s disce-
liberū,
integrū
ei com-
nū mo-
contra
oritatis
int iudi
t ego, q
& tuæ
quibus
, & con
ssim &
rantes
tem ac
muta-
meum
alpes
reflexa
ti fuit,
nigna
ū hoc
tu ho-
alamo
diuo
storio

assessor, & imperialis palatii comes uerū in maximis rebus etiam tuis geren
dis, in regia dignitate consequenda, in corona & unctione suscipienda, inter
tuos clarissimos annumeratus sum, et catalogo adscriptus, quo certi⁹ mores
tuos nobilissimos, animū moderatissimū, uoluntatē æquissimā & iudicium
tuum iustissimū ad meā innocentiam recte & quadre aptum atq; propēsum
noui. Scio consuetudinē tuam humanissimā luctuosis in casibus oppressorū,
scio incredibilem uirtutē tuam in calamitatibus abiectorum, scio in te atq; in
ipso tuo corde sitam fixam & locatā erga omnes ui iniuria contumelia & ca
lumnia pulsos & suppressos, maxime singularē & prēsentissimā commisera
tionē, non patieris prēuentioni gratiā esse, nihil prēiudicabit aduersariorum
prior & celerior accursus, nihil assentatio, nihil simulatio, null⁹ apud te adu
latori locus est. Platonicos amas non gnatonicos, & omnia tibi odio sunt hy-
pocritica, falsa, fucata, obērata, sophistica. Cui cum deus & natura duas au-
ris dederit, uel ambas delatori claudis, sicut imperator Caius Caligula Tre
uerensis, uel unā obstruis, ut uel suam quoq; defensor inueniat, quō Alexan
der ille magnus ob id maxime laudatus. Nunq̄ ergo te mouet alicui⁹ etiam
gigātis aut herois libellus famosus, qui meministi legibus esse cautū, eosce li
bellos alterius opinionē non lēdere, sed tm̄ istorū auctorum nomē infamare,
Nihil agit apud te popularis suspicio, qui cum cæteris iuribus quē in scrinio
pectoris tui contines etiā hanc legē præceptore Vlpiano didicisti, non de su-
spitionibus debere aliquē damnari, q̄d diu⁹ Adrianus Aufidio seuero rescri
psit. Nisi em̄ esset hoc tibi cor tam generosum, hic animus tam regius, hēc uo
luntas tam nobilis, heus tu q̄ isti professores Coloniēses iamdudū me lace
rassent, sublime mediū me arriperent, ut inquit Comicus, & capite primum
in terrā statuerent, ut cerebro dispergerent uiā, eriperent oculos, posthac prē
cipitem darent, raperent, ruerent, agerent, tunderent & prosternerēt. Quare
male de te sentiunt, qui se putant indignationē tuam ulli homini parare prē-
ueniendo querulando anteuortundo posse. Vna spe ista fruor, ut & me q̄q;
auditurus sis perbenigne & perhumaniter clemētissime Cæsar, qui aduersa
rios meos ante audiuisti. Ne ideo tm̄ crimina sint q̄ obiecta sunt. In iure nāq;
ciuili de requirendis reis hoc esse scriptū Martianus consul testatur, ne inau-
dita causa quenq̄ damnemus, quod ex Athenarū legibus Solone latis roma
ni acceperunt ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι id est similiter ambos audire. Si hoc
non esset (quod deus auertat) iamdudum plurimorum claritas a uilissimis
& tenebricosis mancipiis per libros iniuriosos obfuscata fuisset, q̄bus in respō
dendo uel ipsimet iniuriā passi, uel alii uirtutū laudibus affecti, uel qui alicū
de pro merito humanitatē debent eorū uices ulti sunt. Recte quidē, ne quid
respub. detrimenti caperet, si studiosorū assidui labores omnibus conniuenti
bus & dissimulātibus ab inertię & secordię deditis in famæ dispendiū, impu
ne ac ita leui facilitate traherentur, ut nemo literarū, nemo lucubrationū, ne
mo dogmatū traditioni operam nauare auderet usq̄ gentium. Quid em̄ fa-
ctu facilius q̄ maledicere? Non est magni ingenii reprehendere, facilius de-

laudat regē

obscure maledicit de famosis libellis

Doti habuerit viles dotis Autores

042

ſtruit q̃ cõſtruit. Nõ eſt artis neq; doctrinę cõuiciari, obloq̃, detrahere honori & famę, mordere nomẽ, & inuectiuas ſcribere aut dicere. Fecerũt & faciunt hoc mulieres, fecerũt euirati & effœminati furciferi & blacterones, et q̃rũ oĩs uita laude caret. Contra Theophraſtũ in eloquentia diuinũ, id quod nomen indicat & res eſt, meretricula q̃dã Leontiũ ſcribere auſa fuit. Contra Homerum Zoilus, contra Democritũ & Empedoclem Epicurus, cõtra Demoſthenem Æſchines, ab emulis Terentius inceſſitur, Ab Aſinio Gallo & Saluſtio Tullius, a Corniſicio & Filiſco Virgilius, & ut ad noſtra pergamus Iulianus apoſtata euangeliũ laceſſiuit, Diotrephes Ioannem euangeliſtã. Apollophanes Dionyſiũ Areopagitam, Iſchyras ſanctũ Athanaſiũ. Ioannes Antiochenus Cyrillum Alexãdrinũ. Ammoniũ Porphyrius. Hieronymũ Ruffinus, & Cyprianus martyr ab aduerſariis coprianus id eſt ſtercorarius ignomínioſe dictus eſt. Et noſtra ætate Philelphus philelcus. Et doctiſſimus Ioannes Picus comes Mirandulanus ab æmulis miſere uexatus eſt, taceo Sebaſtianũ Brant iuris doctorẽ optimorum ſtudiorũ & uitæ claritate inſignẽ a Vigan do fratre ordini; prædicatorũ iniurioſe laceratũ. Taceo iuriſconſultiſſimum Petrum Rauennatẽ a Coloniẽſibus theologis quibuſdã ut in apologeticis ſuis continetur proximis nuper annis male taxatũ. Taceo meipſum a Coloniẽſibus theologiſtis nequiter attentatum, Ita ſemper meliores a deterioribus paſſi ſunt opprobria, quæ tractu tpis perpetuam infamiã retorquent in auctores, opinionẽ & bonam exiſtimationẽ laceſſiti; & paſſis ut lex ait nequaq̃ lędẽdo. Quo fit ut aduerſarii mei ſint ipo iure & facto notorie infames, quapropter etiã ſi maxime conentur neq; me neq; aliũ quenq̃ reuera infamare apud bonos & graues queũt, eo q̃ contra neminẽ neq; dictis neq; ſcriptis nec eorũ etiã teſtimoniis credendũ ſit, ut qui ſint omi honore indigni & veri fide deſtituti, neq; in hac neq; in alia parte ueneratione habentes. Quis enim illis credat? aut quã ſpem ueritatis in eos cõferat? qui omniũ uitiorũ affectione molles & mobiles, pluma & epicureis atomis ſunt leuiores, quos equidẽ ſolos calũniatores meos Coloniẽſes nequeo uere theologos appellare, ſed uel falſos theologos ſicut nũmos reprobos, uel manuporrecticios & diales, non ab Ioue quẽ dia uocant, ſed ab unius diei momentanea ſapientia, quales Gregorius ille Nazianzenus theologiæ gymnaſiarcha noſter ἀνθημερινοὺς καὶ χρηματιστοὺς θεολόγους nominat in libro primo de theologia, & ego poſteriũs notiore uocabulo theologiſtas appellabo, ne mihi quiſq̃ aliarum uni ſitatũ de ſancto cœtu uerorũ theologorũ ſuccenſeat, qui fidei doctrina ſani ęgre cratiſſimęq; ſcripturæ noticia, & moralibus optime inſtructi pro honore dei ferant ſua denicq; & aliorũ ſalute fraterna charitate utuntur, quorũ ego nonnullos chriſti & ueritatis euangelicæ teſtes noui, q̃ ſimul actiui & cõtẽplatiui utraq; manu pro dextra utuntur, quaſi alter ſaluator Iſrael Æhud filius Iemini, quẽ corrupto uocabulo Aioth legimus, in ſalutẽ proximi & oppreſſionis remedium omia ſua ſtudia uertentes, profecto qui mea ſentẽtia nequaq̃ ſunt exacerbandi, ſed omi reuerẽtia colendi, q̃ ſoli et eſſe & dici merentur theologi

Nemo caret emulis

Coloniẽſes infames

puritate uitæ morum ædificatione, erga fratres humanitate, erga deum oim
patrem pietate, & in lege eius meditatione die ac nocte, tali mundicia eũ esse Theo
purgatũ oportet, qui cũ deo mundissimo loqui desyderat. Ita em̃ theologia logia
uocabulũ sumpsit a diuina scilicet locutione. Sic Ioannes euangelista in lite-
ris sancti Dionysii Areopagitę theologus cognominatus est. Cuius rei tam
sanctũ nomẽ uel de rapina uel furto sibi calũniatores mei arrogãt, etiã qua-
cunq; humana scientia inflati, qui & uita & lingua mentiri non erubescunt,
qui solis operã dant contentionibus & rixosis disputationibus, ad q̃d artifici
um linguas armant, longe a tergo bonarũ actionũ relictis officiis. Magnum
igitur chaos, maxima intercapedo, & notissima inter theologos & theologi Theo
stas differentia est, qualis inter uirtutẽ & uitiũ, inter bonum & malũ, inter su logus
catum & merũ, inter falsum & uerũ, tametsi nullo discrimine omnes uulgo Theo
theologi appellentur. Sed si pondere modo & mensura sapienter cuiusq; na logista
turam, conditionẽ, mores & effectus intueamur, citra controuersiã iudicare
oportet, alteros re, alteros opinione sola dicendos esse theologos. Hæc & his
similia non finxi optime Cæsar, sed sunt columnæ religionis nostræ sancti q̃
plurimi q astipulantur. Quinimmo lucerna nostra Paulus ad Titũ scribens
hanc theologorũ insinuat diuersitatẽ, & docet aliã esse scientiã in agnitione
ueritatis quæ secundũ pietatẽ est, cuius ipse apostolatũ acceperit secundum
fidem electorũ dei, quã & prima ad Timotheũ ultimo appellat eam quæ se-
cundũ pietatẽ est doctrinã. Aliam denicq; scientiã contentionis, de qua eundẽ
Titum facit certiorẽ monendo sic, Stultas aũt quęstiones & genealogias &
contentiones & pugnas legis deuita, sunt em̃ inutiles & uanæ, Super quo. S.
Hieronymus ita scribẽs. Dialectici ait & Aristoteles qui princeps est solẽt ar
gumentationũ retia tendere, & uagam rhetoricę libertatẽ in syllogismorum
spineta concludere, Hi ergo qui in eo totos dies & noctes terunt, ut uel inter-
rogent uel respondeant, uel dent propositionẽ, uel accipiãt, assumant. confir
ment atq; cõcludant, quos quidẽ contentiosos uocant, qui ut libet non ratio
ne sed stomacho putent litigandũ, Si igitur illi faciunt quorũ proprie ars cõ
tentio est, quid debet facere christianus? nisi oĩno fugere cõtentionẽ. Hęc non
est mentitus Hieronymus, cuius rei Vrbanus papa causam assignat ad Ca-
rolũ scribens. Non in dialectica placuit deo patri & filio & spiritui sancto,
regnum em̃ dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis, Sic Vr
banus, Ideo Nazianzenus ille Gregorius in libro secundo de theologia.
Τίγάρποτε αἰτ ὑπολήψῃ τὸ θεῖον, εἰ περ ὅλως ταῖς λογικαῖς ἐπιδύῃ
ἐφόδοις. ἢ πρὸς τίνα ὁ λόγος ἀφίξῃ θαυμαζόμενος ὦ φιλοσοφώτατε
σὺ καὶ θεολογικώτατε καὶ κατιδόμενε εἰς τὰ ἄμετρα, πότερον, σῶμα,
Id est. Quid em̃ tum suspicaberis diuinũ esse si oĩno logicis credis speculati
onibus, aut ad quid te ratio inducet examinata (seu ut alii codices habent &
αἰζόμενος id est uiolẽta) o philosophissime tu, & theologicissime qui gloriaris
circa immensa, utrũ ne corpus? Ista sunt theologorũ uerba, ex quibus hanc

In logica

omniū pace differentiā ostendo inter theologum et theologistam, Non q̃ aliis præclarissimarū artiū exercitiis disserendi rationē quę logica dicit ad ciendam esse arbitrer, quā ad suscipiendā & ingrediendā altiorum studio uiam plurimum cōmodare fateor & laudo, ut in adolescentia & puerili ætate animos nostros rationali discursu & acquirendæ ueritatis uenatrice logica excolamus. Sed hoc turpe duco, post artes & philosophiam uiro ad summem illam theologię facultatē euecto, relabi ad elementa, & cum pueris bubutiendo ludere, ac se ingeniosum in uanis & curiosis sophismatibus ostendere. Syllogismos quoq; in baralipton uel bocardo texere, solum ut cōtendendo loquacitate uincat & proximū supprimat, quod uitiū maxime omniu detestātur uere theologi, uocaturq; ab ipsis φιλονεικία, de qua suo æuo prstans theologus & sanctus papa Iulius ad Antiochenos scribens inquit: οὐ γὰρ εἰρήνης ἀλλὰ φιλονεικίας καὶ μισαδελφίας τὰ τοιαῦτα γνωρίσματα id est non em̄ pacis sed cōtentionis & odii fraterni talia sūt studia quā Athanasius λογομαχίαν nominat in epistola quæ dicitur enkyclios ad Ægypti & Libyæ episcopos, ubi reprehendit aduersarios q̃ πρόφασιν λογομαχίας περιέχουσιν id est occasionē cōtentionis amplexantur, qui paulo ante confutauit græca id est dialectica sophistarū prestygia, umbrasq; uerborum inanes, caute admodum de diabolo præmonens his verbis, πολλάκις δὲ καὶ δι' ἑλληνικῆς κομψολογίας τοῖς αὐτοῖς σοφίσμασι πειρᾶται πλανᾶν ὁ κακοσέλης. i. plęruncq; aūt & per græcam uersutiloquētiā & ipsis sophismatibus tentat seducere maleuolus, scilicet diabolus. Vñ talem cōtendendi artē Iacobus apostolus nō uult dici sapientiā in theologia desursū descendentē, sed terrenā, aīalem, diabolicā, q̃ lōge a ueris theologis est aliena, ait em̄ Σοφὸς καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν δείξάτω ἐκ τῆς καλῆς ἀναστροφῆς τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πραΰτητι σοφίας εἰ δὲ ζῆλον πικρὸν ἔχετε καὶ ἐρίθειαν ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, μὴ κατακαυχᾶσθε καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ σοφία ἄνωθεν κατερχομένη. ἀλλ' ἐπίγειος, ψυχική, δαιμονιώδης Latine sic. Sapiens & scientia præditus inter uos ostendat ex bona cōuersatione opera sua, in mansuetudine sapiētiæ. Si autem zelum acerbum habetis & contentionem in corde uestro, ne gloriemini & mentiamini contra ueritatem, non est hæc illa sapientia desursum descendens, sed terrena animalis, dæmoniaca, Ex eo cognoscere possumus q̃ Coloniensiū theologistarum calumniatorū meorū scientia est diabolica, sed uerorū theologorum scientia est diuina desursum a patre luminū descendens, quā habent aliarum uniuersitatū preclarissimi doctores & magistri theologiæ, quorū cœlesti sapientia mundus illustratur, quorū pietate fraterna charitas incenditur & incensa fouetur, quos natura ad honestatē finxit, grauitatē temperantiā iustitiam, & eruditio ad humanitatem inflexit, quorum auctoritate doctrina & bene uiuendi exemplo societas humana confirmat, & pax in christi corpore

Theologorum laus

Non q
dicit ab
studio
uerili ac
trice lo
o ad sub
ueris b
us osten
tendere
omniu
æuo pr
s inquit
ὕτα τω
ῖτ studi
cyclios a
κσιν λόγ
paulo a
uerbor
λάκις λ
ῶλ
sis sophi
tendend
lescende
ait em
τὰ ἔργ
λὲ ὀλ
σκθρᾶ κλιακῆς ἀκτῖμ
ἀν ἐν τ
λνθέια
χικὴ, δα
ex bono
acerbum
nini con
terrena
heologis
ogorum
aliarum
ælesti sa
ur & in
tiã iusti
ctrina &
corpore

Colonienses

cũ membris indissoluta custoditur, & proximus tanq̃ frater a fratre diligit
adiuuatur, qui sanctificati, mundati & loti cũ Aaron & duobus filiis mon
m ascendunt, quotienscunq; Moyses ingreditur nubem. Sed isti Colonien
s theologistę caluniatores mei de quibus noster sermo est tunc inter iumen
& malas bestias extra terminos pro diuina ordinatione procul repulsi sta
lant, nõ audentes appropinquare monti theologię, Sunt em̃ hi brutis inhu
maniores, equis & mulis haud absimiles, qui uno tm̃ pabulo pascunt, equus
hena, mulus palea, sic isti uno dogmate cõtenti, quodcunq; arripuerint, cæ
ra eruditissimorũ hominũ studia quantũcunq; ueritate coruscantia, quia
non sua uel a se prodita sunt, cõtemnunt aut damnant, porcis atq; suibus
milimi, qui suis abusibus delectati, omniũ aliorũ margaritas calcãt. Potius
it uulpeculis dolosis haud impares, q̃d magis sophismatũ fallaciis & cornu
syllogismis quã solidis uetustissimorũ ecclesiæ doctorum gaudeãt sermo
bus, lupi rapaces, arabicis peiores leones syrii rugientes & quærentes quẽ
euorent. Quid pluribus? ad montẽ ueræ theologiæ impediuntur ascen
ere, qui totos se animales ostendunt, & hypocritico more uitiis omibus in
stinis scatent, auaritia, superbia, ira, odio, inuidia, & mille prauis animi affe
ctionibus. Vnde recte diffinitur theologus, qui in diuinis cum scientia pieta
s, uirtute ac sanctitate est prẽditus. Ita em̃ ait Nazianzenus qui hoc quoq;
ognomentũ a sanctis iuste obtinuit ut theologus diceretur, q̃ nõ omnium
de deo philosophari, sed illorũ tm̃ (ut uerbis suis utar) τῶν ἐξκτασμένων
διαζεβικότων ἐν θεωρίᾳ, ἃ πρὸ τούτων, νῷ ψυχὴν τε σῶμα προ-
καθαρμένων. id est, exquisitorem & transcendentium in contemplatione
ante illa etiam animo & corpore præpurificatorum. Deinde subiungit.
τὴν καθαρὸν γὰρ ἅπτεσθαι καθαροῦ, τυχὸν οὐ δὲ ἀσφαλές ἀστρ
id est, Nõ puro em̃ attingere purum, for
ne tutum quidem est sicut neq; uisui debili solarem radium. Ecce marcidũ
& debilem uisum cõparat impuro theologistæ, qui sic diffinitur. Theologi
a est qui in diuinis scientia cõtentionis nititur, uitiis & criminibus inquina
is. Si quæres qua indagine internoscantur, audi christum. A fructibus eorũ
ognoscetis eos. Quibus aũt fructibus istos Colonienses theologiæ professo
cognoscam? Et scribit Paulus noster hãc ipsam professorum diuersitatẽ
dicans ad Philippenses. Quidam propter inuidiam & cõtentionem, quidã
aũt propter bonam uoluntatem christum prædicant. Hæc est regula uerita
is, hęc experimenti amussis, hoc celere discerniculum, hęc gruma rectissima
rofessores em̃ sunt, quia christum prædicant, theologistę aũt sunt, quia pro
ter inuidiam & cõtentionẽ. Quid clarius? si docuero q̃ isti Colonienses ca
iniatores mei multo post mẽtis meę uulgarẽ declarationẽ quã & habuerũt
uiderũt, & post mei oblationem de stãdo iuri & iudicio aduersus omnem
denunciatorẽ uel accusatorem sua uenenata immo uenenosa lingua, suo ma
o animo, ingenio solum nocendi cupido, per inuidiam odium et cõtentionẽ

Theologus quis

Theologista qs

C

042

Colonienses Hipponis

mãgis contra famam meã q̃ scriptam opinionẽ inuecti sint. Tm̃ defend
mihi ne noceat sanctitatis artificiosa illorũ simulatio, ac si non possint m
agere ἀναμάρτητοι iuxta pelagianos hereticos tam sancta specie, tam sim
ci uultu, tam humili ueste & omni apparatu, quo nos deludunt in habitu
forma, in incessu, in uoce, in oratione, in lectione, in scientia, in sermone & p
turnitate, in ocio & negocio, plus q̃ diuini & sancti homines populo rud
indoctæ plebi apparentes. Sane qui hac de istis Coloniensibus calumniat
bus meis præstygiant fraude, meminerint oro Susannę historiã, & Belis
legiatos, & sepulchra dealbata, & serpentes genimina uiperarũ, & ferme
tum in massa & fere totum q̃d pharisęis quadrat in euangelio. Sic em̃ cog
scent lupos in uestimentis ouiũ, & fel sentient mellis habere colorẽ. Non
contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendũ. Vbi notandum est hoc uerbum conuincitur, q̃d Augustinus non frustra posuit. Debebāt itaq; propositiones p eos quomodocũq; excerptas saltẽ inter nos prius fraterne conuincere ore uel scripto, q̃ contrariũ determinasset uel consueuisset ecclesia, uel q̃ sanctarũ scripturarũ auctoritas cõtradiceret, uel q̃ sacrorũ conciliorum statuta repugnarent, tunc em̃ sine ulla dubitatione ut idem scribit Augustinus quæ scripta fuissent existimarentur resecanda, Quod aũt cũ non fecerint, nonne clarius sole uides cæsar? q̃ contra euãgelicam dilectionẽ isti sacerdotes & deuotionarii optauerint & uoluerint ruinã meam potius q̃ stabilitatem, & perniciẽ plus q̃ salutẽ, et ignominiã magis q̃ nomen bonũ, immo turpissimum interitũ pro uita laudabili. Ad illud aũt quid deniq; potuit a me fieri cõmodius ad humanitatẽ, ad pietatẽ, ad fidẽ, quid ad uota obtẽperãtius? quid ad correctionem humilius? si quid corrigẽdum fuisset, q̃ ab aduersariis petere, ut ipsimet ipsi mihi formam p̃scriberent, per quã sicut desyderabant uel latiore informatione uel Augustinana palinodia sibi satisfieri potuisset. Quod utiq; inhumanũ erat & theologos & sacerdotes negare laico, qui explicare subtilitates theologicas non tenetur. Sane turpe negare fuit, q̃d ultro mihi offerre decebat, q̃d alia generalia studia & uniuersitates, q̃d sacro sancta concilia nulli unq̃ etiã in hęresim lapso denegasse inueniuntur, a q̃ ego tñ uitio dei gratia semper fui & sum eroq; in perpetuum alienus. Absit em̃ a me toto uitæ meæ tempore quicq̃ siue magnũ seu minutũ, uel ne atomo quidẽ par credere, nisi & q̃d & qualiter sancta mater credit ecclesia. Concilium aurẽ generale tertiũ q̃d sub Celestino papa & Theodosio imperatore celebratũ est lapso in perfidiã Nestorio, prius determinationẽ ceterũ & quinquaginta patrum simul & typũ & formam erroris sui abnegandi per Cyrillum Alexandriæ archepiscopũ honestissimo cũ literarũ moderamine præscripram miserunt. Cuius epistolæ salutatio hæc fuit τῶ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ κύριλλος καὶ ἡ σωτελεθοῦσα σύμπασα ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἐκ τῆς αἰγυπτιακῆς διοικήσεως ἐν κυρίῳ χαίρειν id est. Reuerendissimo & deo amabilissimo comministro Nestorio Cyrillus & conueniens concilium in Alexandria ex Ægyptiaca diocesi in domino saluere, Et in eius narratione sic, ὑπετάξαμεν δὲ τούτοις ἡμῶν τοῖς γράμμασιν ἃ τε δεῖ φρονεῖν καὶ διδάσκειν, οἷς ὧν ἀποχέσθαι προσήκει id est. Subiunximus aũt his nostris scriptis quæ oportet sapere & docere, & quib' abstinere cõuenit. Circa finem tum etiã sic scriptũ fuit, ἃ δ' ἐστὶν ἀναγκαῖα ἀναθεματίσαι τὴν σὴν εὐλαβείαν, ὑποτείλαι τῇ σῇ ἡμῶν ἐπιστολῇ id est, quę aũt sunt necessaria execrare tuã reuerentiã subiũcta sunt huic nr̃æ epistolę. Hæc est Cæsar uera forma etiã perfidis & nocẽtibus qualis ego non sum neq; fui unq̃ scribendi docendi & monendi cũ fraterna charitate, absq; diminutione honoris, priusq̃ ut ethnicus quispiã & publicanus habeat. Hic em̃ doctissimi & sanctissimi patres determinant ante quid sit sentiẽdum

humilius

Reuchlin

E

Colon. n̄ paluaret Reuchlin

042

& qualiter cum iugi & nō intermissa p̄fatione honoris, Deinde quid sit rei
endum,& interea eū nihilominus appellant theophilestaton id est deo am
bilissimum, cui & saluere dicunt,quod mihi Colonienses theologistæ null
meis demeritis præcedentibus ex singulari superbia sua et odio non dixeri
neq; scripserunt,sed magis post iniuriosas suas literas humilitati meæ con
cia miserunt.Qua in re cōpassione quadam miserendum esset tam antiqu
scholæ facultatis theologicę Coloniensiū,quæ forte ut annosis accidit sen
desipere incipit delirare ac dementare.Prius solebant theologi opiniones
propositiones rationabiliter & scholastice impugnare.Nunc isti Coloniēse
postq̄ deficiunt in cerebro,& minuunt ingenio & surdescunt auribus & e
scantur oculis,incipiunt muliercularū more cōuiciis disputare,atq; mimo
infamiū & scænicorū instar actus hoīm mordere,non ponderantes quid s
scriptum,sed quid scriptor,non quid opus sed auctor,non quid consiliū se
consul,et desertis literis literatorē persequūtur,quia facilius est detrahere h
nos,q̄ honorifice disputare,istud uerę scientiæ,illud temeritatis & ignora
tiæ signū. Tota igitur metamorphoseos immutatio Colonię facta est.Ex M
da asinine aures,ex scylla canes,& lycaone lupus,ex arachne aranea uenen
sa,ex acheloo anguis,ex ephyre serpens,& cætera id genus plurima porten
ta & monstra,ut qui habiti sunt antea theologi,nunc merito & potius deme
rito theologistę immo theosophistæ & diabologi appellent,a diabolo,q̄d uo
cabulū græcū latine detractorē & criminatorē significat, & quæ prius eorū
facultas dicta est,nūc recte nomine tur facilitas,immo leuitas.Constat em̄ no
torie illos esse de facilitate diabologica,quibus non satis erat dixisse hanc &
hanc aut q̄ālibet propositionem esse falsam uel erroneā uel non admitten
dam,uel q̄d horribilius est scandalosam uel piarum auriū offensiuā,q̄d olim
temerariis scriptis & aperte deuiis ueri theologi consueuerunt etiā cum qua
dam decora modestia magistraliter opponere.Sed uero ut ardentius in pso
nam meam inueherent per Arnoldum ut ipse affirmat eorū mandatariū &
collegam,addiderūt cum ementita calūnia turpissimi nebulones hęc etiā quę
sequunt conuicia,q̄ ego ipse libelli auctor præter christianę pietatis religiosā
modestiam impię huius gentis feralē sectam fidē magistros & libros cōmen
dare uisus sim,Q̄ thalmud ac alia iudæorū improba & infamia commenta
iudæis saluare uoluerim,q̄ iudęos adulatorie deceperim,q̄ ego scriptor ue
lamine iudęorū facies obtēlauerim,q̄ iudæos defenderim,q̄ usuras eorum
coner utcunq; excusare,q̄ minus reuerenter de scriptoribus catholicis sense
rim,q̄ fidei reuerentiæ non satisfecerim,q̄ pia corda christi fideliū uulnera
uerim ego & tergiuersator & excusator & auctor timidulus & inconstās. Si
argumentū ad formam redigam,q̄ hęresim concludā,q̄ dicta mea hęresim
sapere uidentur,q̄ quasi cecutiens in tenebris nesciā ubi sim,q̄ faciam calū
mniā ecclesiæ,q̄ argumētatione turbatus non satis perspexerim quid soluē
do dixerim,q̄ Paulum falso testē induxerim,q̄ iniuriā apostolo fecerim dū
falso eum dixisse q̄d nō dixit affirmauerim,q̄ parum magnifice senserim de

metamorphosis

diabologi

facilitas

Cōuicia

Quę conqessit Arnoldus p. Reuchlin

ecclesia catholica, ꝓ contra doctrinã christi & apostolorũ dicere presumpse
rim, ꝓ contra christũ & fidem scribentes in iure testes citauerim, ꝓ in christi
iniuriam ego nimis licenter ingeniũ exacuerim. Hęc mendacia manifestaria
prauo animo & meditata fraude in me finxerunt. O lex remia, o legis mini
ster imperator, est hoccine officium theologorũ? est ne decus sacerdotum?
est ne ordo religiosorũ? est ne oino christiani aduersus christianũ? Quis unq̃
a scurra in curiis, a mimo in scenis, a lixa in castris, a meritorio in baiis, a fur
cifero in scortis, a flagrione in flagris audiuit similia obiectari turpissimo ali
cui & damnoso uiro? qualia isti professores obiectant innocenti et eis ignoto
mihi, qui eorũ neminẽ a die qua natus sum usq; ad hanc suam calũniam ullo
facto uel uerbo ex proposito læserim. Qui in oim oculis mecum conuersan
tium non modo ab opere malo uerũ etiam a conscientiæ suspicione absum,
tanta protectus uitę integritate ut non uerear si oporteret cum laudatissimis
ętatis nostrę sine inuidia de uirtute certare, testimonio clarissimorũ & doctis
simorũ uirorum. Vt aũt hanc probitatis meæ famã labore uigiliis & multo
studio partam ad illos peregre allatã, in publico exinanirent & fœdarent, q
fœdant omia hypocritę, potius elegerunt sibi nullo cũ rubore mentiri, & sic
omnibus odiosum me facere q̃ uera dicere, quo me oẽs amarent. Vehemens
em suspicio est inclyte Cęsar eos plurimũ sperare cõmuni omniũ odio & po
pulari condemnatione tandẽ etiã maiestati me tuæ contemptui fore, iuxta
legem Cassiam & ita in mei contemptũ te illis concessurũ fuisse, q̃d ius publi
cum & ecclesiasticũ eis hactenus non concessit, ut inquisitione sua illa solenni
quam cupere uident aurum a iudæis emungerent. Orandus igitur o Cæsar
& implorandus mihi es, ut istis hoim pestibus & auaricię barathris permit
tas saltẽ aut certe mandes, cõminatione incendii iudæos cõcutere, ut eas im
perii tui oues glubant non tondant. Sumant, auferant, habeant sibi aurũ iu
daicũm, & ego pacem habebo, sollicitabunt enim me crebro, quia sollicitat
eos quotidie improba sperati lucri cupiditas. Ergo gentẽ externam & pere
grinam iudæorũ, quã ante christi natiuitatẽ magn? Pompeius in deditionẽ
romano imperio recepit, quã ut S. Hieronymus in epistola ad Galatas scribit
Caius cæsar & Octauianus Augustus ille unde tibi nomen tã late coruscãs
& tam splendidũ propagatur, Et Tiberius Augusti successor legibus statue
rũt in toto imperii romani orbe posse ritu proprio uiuere, & patriis ceremo
niis deseruire, quam Antoninus ut illi, & Gratianus. Valẽtinianus. Theodo
sius imperatores ut nos ipsi legimus ciuitate donarunt, quã Honorius impe
rator in tutelam defensionẽ & securitatẽ imperii romani suscepit. Tu cæsar
tu solus & oim in catalogo romanorũ imperatorũ primus, truculẽtis istorũ
manibus inquirendã de fide, quam tũ nationem constat fidem nostrã nunq̃
tenuisse nec aliq̃ assumpsisse, atq; per hoc concutiendã & spoliandã tradas,
obsecro & obtestor, ut sentiant uidelicet mea intercessione quẽ tanti æstimãt
corã te meaq; pñti supplicatione impetratũ sibi esse ꝓ saccos & marsupia sua
iudaico auro compleant, a quo tũ Pompeiũ illum ethnicũ & gentilem uictis

Hierosolymis pudenter abstinuisse Tullius in oratione pro L.Flacco dixit. Quod certe si precibus meis inclinatus feceris, honorē famæ meæ ut illi putant ablatum libenter restituent, quia tunc propositiones meę bene sonabūt in auribus suis, sin uero non feceris & q̄ diu non feceris, crede mihi tam diu clamitant & clamabunt, ꝙ de iudaico sim fauore suspectus, & ꝙ propositiones meæ offendentes aures eorū male sonent, & ꝙ non reuerenter senserim de scriptoribus ecclesiasticis id est de Coloniēsibus theologistis. Et ꝙ parum magnifice senserim de ecclesia id est de istis magistris nostris diabologis, qui gloriosi etiam acephali se ostētant rep̄sentare ecclesiam. Idq; ubilibet locorū de me diuulgabunt, sicut & hactenus diuulgauerunt, oībus contemptis legibus & canonibus, insidiantes honori meo & integræ famę, optimo cuiq; & oībus ingenue literatis celebratæ, quā labefactare, subruere, opprimere, vincere isti pręsumpserunt & intendunt, quemadmodū in euangelio Lucæ scriptum est, ꝙ obseruantes miserunt insidiatores qui se iustos simularent, ut caperent eū in sermone & traderent illum principatui & potestati præsidis. Cū aūt ut ait Salomon melius sit nomen bonū q̄ diuitiæ multæ, unde præcepit Ecclesiasticus ita dicens. Curam habe de bono nomine, iccirco ædificaui turrim fortissimā nomini meo q̄d est preciosum in lr̄is sacris. Significat em̄ Iohanan gratificatū, quod latina inflexione Iohannes pronūciamus. Id isti magistri cupiūt facere omnibus ingratum, sed ipsum nec aer nec ignis nec poterit ferrum nec edax abolere uetustas, q̄d uallo muniui contra misanthroporū & Timonū id est illorum in natura humana monstrorū subuersiones & nocumenta inuidiæ, quibus pallor in ore sedet, macies in corpore toto, nusq̄ recta acies, liuent rubigine dentes, pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno ut Naso poeta inquit. Age itaq; Cæsar qui non modo eorum hoīm qui nūc sunt gloriam sed etiā antiquitatis memoriam, uirtute, auctoritate, fœlicitate q̄dq; potissimum in rem nostrā est scientia disciplinę militaris superas & excellis, Vide oro quibus conatibus, quibus modis, qua industria, quo consilio immo quo dolo aduersus me bellum instituunt, ducem sibi elegerunt exercitus Arnoldum de Tungari non tungarensem, sed ut ipse ait de Tungari, vt pscriptū a patria ob crimē, magis aptū mendaciis & ad temeritatē idoneū, quem secularē sacerdotem appellāt, ne si quis monachus aut frater esset, hoc scelere, maculam tōti ordini suo inureret. Hic se confitente coactus a professoribus istis Coloniensibus talem mandatarius suscepit prouinciam, scilicet calumniandi, incertum tū q̄a ui aut uiolētia eum coegerint socii sui. Quo aūt feciali usus sit ad bellum indicendū iudæo baptizato pręcursore, aliquanto superius ostenditur, cui respondi priore libello ut decuerat, monstrans digito in me ficta eiusdem triginta quattuor lucida mēdacia. Reuerso aūt ad se isto feciali suo, rem omnem collegis proponit, & ꝙ refutaui consilium meū illorum submittere facultati ut petebāt, & ꝙ etiam ueritatē bene intellectā nūq̄ reuocare proposui ut uolebant, ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet. Tum electus ille dux famosissimus principio sociis edicit, signa sequant̄, atq;

042

Arnoldus qui tunc temp.

animos aptent armis, pugnæq; parent se, ipse medius incedit signifer, in cu-
ius uexillo stygia depingitur alecto cõcitis alis, dextra leuaq; stipatur euira
tus & effœminatus campi ductor scelerosissimis cõmilitonib⁹ altero semiiu
dæo & altero semipagano, ut ducis grauitas ex militũ leuitate cognoscatur.
Nam semiiudæus ille Pepericornus antea expositum est qua simultate, qua
seditione, qua proditione, qua infami calumnia sit notatus. Consyderãda nõ Cõtra
minus iam uenit semipagani conditio, cui nomen Ortwinus, nomẽ barbarũ Ortwi
ꝗd ipsum hominẽ barbarũ esse designat, si nomina sint cõsona rebus. Quod num
& uerum esse crimen suum (non ut ipse inscripsit carmen) ostẽdit. Nam qui
gloriosior impendio gloriatur se oratoriam poeticãq; docere, uix literas bal
butire nouit analphabetus, usq; adeo furiis plenus, ut furiarum noĩa recte ne
queat effutire. Posuit em̃, Impia thesiphone &c. per th & e, cũ per t exile & i
scribendum sit, ad hunc modũ τισιφονη tisiphone. Et baratrum per t exile, cũ
per th scribi debeat sic βαραθρον barathrũ. Ecquis unq̃ latinorũ dixit amari-
ciem? quis oratoream? Hæc atq; item alia istiusmodi professionis suæ rudi
menta mercenarius corrector impressorũ discat uelim, nec me nec alios bo-
ni nominis uiros suis infantissimis uersibus ne dicã carminib⁹ tam facile car
pat in posterum nequissimus & perditissimus nebulo, ualeat cauillator & ri
dicularius homo, ualeat inquã in peiorem partem, & si non resipuerit, cũ Da
than & Abirom (quos terra uiuos absorbuit) accipiat portionem. Vnũ sibi
amusus ille gloriæ ducit ꝙ uersifex est, unde buccinator legioni præficitur,
aptus ut putãt ære ciere uiros martemq; accendere cantu. Omitto in p̃sentia
reliquos duos æneatores cum sua cuiusq; taratantara, si forte aliqñ cum Ste
sichoro conuertant̃, audientes diuinã uocem. Non dimittunt̃ peccata nisi re
stituant̃ ablata, putaui em̃ illos multorum relatione singulares mihi amicos,
quos amor literarũ iunxisset. Quid igitur tuba canat iste bonarũ artiũ per-
uersor, dicere uolui professor Ortwinus Coloniẽsis uersifex, metrifex, immo
fex omnis sceleris & perfidiæ, audiamus modo si pietas & pudor christiana
rum auriũ permittat, ac non potius qsq; christi fidelis si est ullus in uisceribus
ardor fidei, aut si ut debet ulla residet in corde uera dilectio dei horreat audiẽ
do. Nam proclamat ore spurco & blasphemo quin etiam impressum chalco
graphice publicauit in ipso libro huius mandatarii theologistice facilitatis so
cii sui de beatissima & immaculatissima uirgine Maria, ꝙ si alma parens Io
uis. Quæ noua hæresis antea neq; in orbis terrarũ latissimo spacio, nec apud
superos, nec apud inferos audita est a mundi exordio. Tali societate gaudet
Arnoldus professor Coloniensis, ut habeat uel in hoc aduersum me crudeli
bello, in hoc conuenticulari exercitu fidelem legionariũ, cuius possit consilio
& auxilio uti, qui sit identidem sui similis professor Coloniensis, sicut splendi
dus ille titulus in libello suo contra me famoso depictus cõmonstrat. O q̃ re-
uerendi professores, sed & o q̃ insignis militia ne dicam malitia, proditor, ca
lumniator, hæresiarcha, tria hęc. Non erat usq; huc satis istos theologistas cõ
tra plures celeberrimas uniuersitates beatissimę uirgini Mariæ hunc honorẽ

Vexillum Arnoldi

Crimen

Thesiphone

Barathr

Amusus

Buccinator

parens Iouis

Contra Sigismundi Maria

042

nõ concedere, ꝙ immaculata sine peccato originali sit concepta, quin et aut temerario addat ei altera quoq; macula sub titulo & noie Arnoldi de Tu gari theologię professoris Coloniensis. Certe futura super illos dei uindicta ut dum argumentationibus tortuosis plus q̃ scripturarũ ueritate pręter i & phas nomen meum infamare conãtur, furia odio liuore ira excecati, ne salutis suę memores, neq; diuini honoris cultores, nõ dubitent apertam he sim & inexcusabilẽ promulgare. Est em̃ sine controuersia heresis expressa condemnata simulq; in nullam bonam partem interpretãda dicere aut se

Heresis de Ioue

bere sanctissimã uirginem Mariam peperisse Iouem, quẽ omnis christiana ligio dęmonẽ & dæmonium esse cõfitetur, prope quotidie nobis fidelibus ecclesia ꝓponẽs sacræ scripturę sententiã, qm̃ oẽs dii gẽtiũ dęmonia. Quo S. Cyrillus ille Alexãdrinus in li. ii. cõtra Iulianũ apostatã cõfirmat his ῥῆ ἴσμεν δὲ πρὸς τούτῳ καὶ ἀνεμπλοιάστως πεπιστεύκαμεν, ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια, id est. Scimꝰ aũt adhuc & indubitate credidim ꝙ omnes dii gentiũ dæmonia sint, de quibus S. Cyprianus in libro ꝙ idol dii non sint ait, Hos & poetæ dæmonas norunt, & ī. nec aliud his studiu est q̃ a deo homines auocare, & ad superstitionẽ sui ab intellectu ueræ relig onis auertere, & cũ sint ipsi pœnales, quærere sibi ad pœnam comites, quo ad crimen suum fecerunt errore participes. Hi tñ adiurati per deum uerum nobis statim cedunt & fatentur, & de obsessis corporibus exire cogunt, he

S. Bern. ad mont. Iouis

Cyprianus martyr. Vnde uerum esse credimus q̃d a S. Bernardo in mont Iouis factum legitur, qui Iouem christiano exorcismo adiurãs coegit, vt q nam esset palam omnibus exponeret. Respondit Iuppiter ueritate uictus, diabolum esse. Iccirco ut scribit doctissimus Origenes in lib. v. cõtra Celsum Malumus omnes pœnas subire, q̃ deum esse Iouẽ fateri, non em̃ eundẽ & Io uem esse & sabaoth dicimꝰ, nec prorsus Iouem quicq̃ habere diuinitatis, sed dęmonẽ quẽdam in malã eius crucem sic appellatũ, nec mortalibus ipsis ne deo uero acceptum. Hęc Origenes, quẽ suscipit ecclesia catholica in his q̃ be tus Hieronymus non repudiat. Ille aũt non tm̃ hunc locum non repudiat, u rum etiam cõfirmat, cum in epistolã ad Titum sic ait. Itaq; & Callimachu & Epimenides non ideo uere dixerunt Iouem deũ esse, quia Cretenses falla ces sunt, Et ad Paulinum quoq; scribit ab Adriani tpibus usq; ad imperium Constantini per annos circiter centum octoginta in loco resurrectionis, s mulacrum Iouis in cruceis rupe loca sancta polluisse. Et Chrysostomꝰ in om lia iii. super epistolã ad Titum. Vnde igitur probamus inquit deum nõ es Iouem, at id quidem & aliis plurimis ex locis probare perfacile est, hæc ibi Et iterum S. martyr Cyprianus ad Donatũ ita scribit. Iouem illum suũ no magis regno q̃ uitiis principem in terrenos amores cum ipsis fulminibꝰ sui ardentem nunc in plumas oloris flauescere, nunc aureo imbre defluere, nunc in puerorũ pubescentiũ raptus ministris auibus prosilire, quære iam nunc an possit esse qui spectat integer uel pudicus. Cæterũ Lactantius libro primo di uinarum institutionũ declamando ut omnia solet ornate plurimum. Quõ

inquit potest deus uideri ut ait poeta hoim rerumq; repertor, ante cui⁹ ortū
infinita hominū millia fuerūt, eorum scilicet qui Saturno regnante uixerūt,
ac priores luce q̄ Iuppiter sunt potiti, Iouem aūt illum esse qui sit ex Ope Sa-
turnoq; natus negari non potest. Pergit ultra Lactātius. Ergo non imperit⁹
modo sed & impius est qui nomine Iouis uirtutē summę potestatis imminu
it, Qui natus in Ida & in Creta mortuus est, cuius Cretenses sepulchrū osten
dūt auctore Callimacho Cyrenęo hemistichion hoc ab Epimenide mutuato
Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται κακὰ θῆρες, τάφον ὦ ἄνα σεῖο, Κρῆτες ἐτεκτήναντο.
id est. Cretenses semper mendaces, etem̄ sepulchrum o rex tuū Cretenses fa-
brefecerunt. Ecce mortuum qui tam impure uixit in terra ut anima eius nō
cœlo digna sed tartaro sit obligata. Vnde Iouis anima uere dicta est dęmon
etiam secūdum gentiles philosophos. Sic enim Porphyrius in libro de absti
nentia animalium secundo scribit, ὅσοι δὲ ψυχαὶ, τοῦ συνεχοῦς πνεύματος
οὐ κρατοῦσιν, ἀλλ' ὡς τὸ πολὺ καὶ κρατοῦνται, δι' αὐτὸ τοῦτο ἀγομ-
ένας τε καὶ φέρονται λίαν, ὅταν αὐ τοῦ πνεύματος ὀργαί τε καὶ ἐπι-
θυμίαι τὴν ὁρμὴν λαμβάνωσιν, αὗται δὴ ψυχαὶ δαίμονες μὴν, καὶ αὗται
κακοεργοὶ δ' ἂν εἰκότως λέγοιντο id est, quæcunq; aūt animæ coniuncto spi
ritui non imperant, sed ut in plurimū occumbunt, propter hoc ducuntur &
feruntur nimis, quando ipse spiritus iræ & concupiscentię impetum arripue
rint, eædemq; animę dæmones quidē ac ipse maligni seu malefici uticq; con-
uenienter dicant. At de anima Iouis qualis fuerit, quando is Iuppiter adhuc
inter homines mortalis cōuersabatur, audiamus sanctum Athanasium in
libro contra græcos ita græce scribentem, εἰ γάρ τις λάβοι τὰς πράξεις,
εὑρήσει μὴ μόνον οὐκ εἶναι αὐτοὺς θεοὺς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀκολά-
σους γεγονότας. οἷον γὰρ οἷον ἐστὶν ἰδεῖν τοὺς παρὰ ποιηταῖς τοὺς
διὸς ἔρωτας καὶ τὰς ἀσελγείας. οἷον ἔστιν αὐτῶν ἀκούειν, ἁρπαζόντα
μὲν τὸν γανυμήδην καὶ τὰς κλοπιμαίους ἐργαζόμενον μοιχείας.
& cętera quorum me puder, post uaria deinde cōcludit, ἆρ' οὖν ἄξιον τοῦτον
ὑποτοεῖν θεὸν τοσαῦτα δράσαντα καὶ διαβληθέντα ἃ μηδὲ οἱ κοινοὶ
ῥωμαίων νόμοι καὶ τοὺς ἁπλῶς ἀνθρώπους ἐπιτρέπουσι ποιεῖν.
.i. Si em̄ quis sumat actiones inueniet non solum nō esse ipsos deos, sed etiam
hominū turpissimos. Sicut em̄ sicut est uidere illos apud poetas Iouis amo-
res & lasciuias, sicut est eos audire rapiētem quidem Gannymedē & furtiua
facientē adulteria & cętera. Est ne igitur dignum eū suspicari deum tanta pa
trantem & cōmittentem crimina, quę ne cōmunes quidem romanorū leges
etiam simpliciter homines concedunt facere. Multa breuitatis causa omitto
nephanda Iouis opera, quæ idem ibi Athanasius copiose recitat, omibus be
ne literatis nota. Scripsit etiam ad græcos sanctus Iustinus martyr uolumen

Iupp̄ Demon

elegans in quo postea q̃ longo tractu recensuisset nepharia Iouis facinora
ne tedium pariam relinquo, tandem subiunxit, ἀνάγνωτε τῷ Διὶ ἀνάθ
εμα τὸν κατὰ πατρολώων νόμον, καὶ τὸ μοιχείας πρόσταγμα
τὴν παιδεραστείας ἀιχρότητα id est, legite Ioui uiri greci illã cõtra parricid
legẽ, & adulterii suppliciũ siue pœnã, & Sodomitarũ turpitudinẽ. Est in ea
sententia uir p oia incõparabilis splẽdidissimũ lumẽ sciẽtię Gregorius ille Na
zenus in lib. ii. inuectiuarũ aduersus Iulianũ apostatã qui inter cętera sic
Πάλιν τὰ πάντα γίνεται διὰ τὴν ἀσέλγειαν καὶ ἀκαθαρσίαν ὁ Ζεὺς, ὁ τῶν
θεῶν μήστωρ καὶ ὕπατος & reliqua, id est. Iterum omnia fit per lasciuiã & im
ritatem Iuppiter ille deorũ consiliator & supremus. Hoc plane intelligim
qm̃ legimus illum incubonem ut mos dæmonũ est in omnes se species tr
mutasse magicaq; arte puellas delusisse. Quod si christianis nobis ille sen
paganus Ortwinus credere nolit, quippe infideliũ plus studiosus, tm̃ cre
suis uere paganis & gentilibus, quorũ dogmata solum modo bonas artes
pellat. Scripsit em̃ Lucianus Samosatensis sub Hadriano imperatore nu
initiatus fidei catholicæ sacramentis, apud quẽ Iuppiter Cupidinẽ alloq
Σκόπει ὦ κατάρατε, εἰ μικρὰ. ὅσ ἐμοὶ μὲν οὕτως ἐνεδείξω ὥστε μηδ
ὅστιν ὁ μὴ πεποίηκάς με. σάτυρον. ταῦρον. χρυσὸν, κύκνον. ἀετὸν. ἐμ
δὲ ὅλως ὀυδεμίαν. ἄντιμα ἐραθῆναι πεποίηκας. ὀυδὲ σωῆκα ἀ
γυναικὶ δεῖ σὲ γεγενημένῃ. ἀλλὰ μὲ δεῖ μαγγανεύειν ἐπ' αὐτὰς
κρύπτειν ἐμαυτὸν id est. Consydera o maledicte an parua (scilicet iniuria
affeceris) qui mihi quidem ita illudis, ut nihil sit quod non feceris me, saty
taurum, aurũ, cygnum, aquilã. Mearum aũt omnino nullã quam certe a
tam esse fecisti ne cognoui quidẽ desyderabilis mulieri per te factus, Sed
oportet magicari contra eas & occultare me ipsũ. Vñ ortũ est hoc distich
Ζεὺς. κύκνος. ταῦρος. σάτυρος. χρυσὸς δι' ἔρωτα, λήδης. εὐρώπης. ἀ
τιόπης, δαμάνης latine sic. Iuppiter & cygnus. taurus. satyrus fit, & aurũ,
Ledam Europam. Antiopam. Danaen. Quid nũc egemus testibus? se ipsu
Iuppiter incubum larualẽ confitetur esse turpissimũ dęmoniũ, cuius auus
ternus dęmon fuit. Quem Orpheus antiquissim° in hymnis deorũ κρόνου
κρυμ δαίμονα id est Saturni genitorem dęmonẽ uocat. Nam occultare oi
non poterat antiquitas ueritatem, propter eius insuperabilẽ splendorẽ, cui
ui & potestate ad id deuenere ueteres etiam idololatræ, ut Iouem non tm̃
pellarent dæmonem, uerum etiã dæmoniorũ omniũ pessimum, Scribit
Homerus poetarũ princeps in tertio iliados sub Menelai persona sic dice
Ζεῦ πάτερ ὅυτις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος. id est Iuppiter pater n
lus te deorum malignior alius, scilicet est, Et idem ipse Iuppiter sororẽ sua
germanã Iunonem qua etiã pro uxore abusus est dæmoniã appellat iliad
quarto. Quę Ioui respondet, genus inde mihi est unde tibi, & me seniorẽ g

μητε dæmonũ pessimy

nuit Saturnꝰ. Ecce totam cognationē diabolicā, qua ille blasphemus noster
hęresiarcha qui se gloriatur professorē Coloniensem esse christi genealogiā
fœdare ac maculare proposuit, omibus & nostris & infidelibus qui foris sūt
in pessimū exemplum. Iam uero Cæsar uide hoīs audaciam, cui non satis ui
sum est male sapere de sanctissima uirgine, sed & palam male dicere, & pessi
me scribere, easde mq; blasphemias in omēs nationes & gentes per mille vo
lumina dispergere sibi placuit, & posteritati monumenta sceleris & impieta
tis suæ nunq; intermoritura relinquere. An non est hoc uiolare catholicā re
ligionem? polluere uniuersalē sanctorū fidē? calamo sacrilego ecclesiæ de
uota obsequia tollere? apostolos deceptiōis arguere? & prophetas mēdacii
accusare? Isaias em̄ de nostra domina Maria cœli regina prophetauit, q; al
ma uirgo conceptura esset & paritura filiū, cuius nomen uocaretur nobiscū
deus, qui paruulus natus est nobis & filius datus est nobis, & uocatur nomē
eius inter cætera secundū Ionathæ chaldaicam translationem Mesiha id est
christus pacis. At tu homo minimę probitatis & maximę nequitię professor
Ortvuine (incipiam em̄ iam tecū loqui qm̄ tu quoq; me allocutus es in car
minibus sed magis criminibꝰ tuis) de oris tui teterrimū odorem exhalātis,
quē non bestiæ quidem ferre possent spurcitia & ebrietate audes euomere
Iouē esse filiū Mariæ, qui nō modo nō est princeps pacis sed pfidꝰ & piurus
fractor pacis. Ita in Homero legit ut ex tuis ego id est gētiliū scripturis quas
etsi profiteris tamen non intelligis te aratorē non oratorem facilius conuin
cam, Præcepit nāq; Iuppiter Palladi quarto iliados hoc modo, αἶψα μάλ' ἐσ
σρατὸν ἔλθε μετὰ τρωᾶς καὶ ἀχαιοὺς ὥρᾳ δ' ὅσκον ζεῦξον ἀπόρλω
δαρτας ἀχαιοὺς ἄρξωσι πρότεροι ὑπερ ὅρκια δηλήσασθαι.
id est. Cito ualde ad exercitū uade ad troianos & achiuos, tentare ut troiani
super gloriosos achiuos incipiant primi iuramenta frangere. Nā ut ibi con
stat super duello Paridis & Menelai futuro pacem utrinq; iurauerant exer
citus, quæ fœdera Ioue auctore fracta fuere. Igitur longe alius est & non pa
rum multa huic impar Mariæ filius, qui dixit apud Lucam. Pax uobis ego
sum, & apud Marcum. Pacem habete inter uos. De quo scribit apostolus ad
ephesios. Ipse em̄ est pax nostra, qui fecit vtraq; unum, non est ergo Iesus Iup
piter. Absit hæc cōmutatio, Iuppiter est Cœli nepos, si ido lolatris credimus
Iesus aūt creator cœli & terræ, iste uerus deus, ille uero dæmon. Nec potest
aliquā ingenium humanū excogitare cōparationē aut proportionē inter
utroq; similē neq; rei significatę, neq; uocis significātis, ut si quis uellet poe
ticū aliquod schema fingere, quo alterū pro altero figurate sumi liceret. Hoc
pro reuerentia religionis christianæ est in pſenti negocio impossibile. Quod
euidēter apostolus Paulꝰ nos docuit in epistola secūda ad corinthios ubi ait
Τίσλε κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος τίσδὲ συμφώνησις χρισῶ πρὸς βε
λίαρ id est, quæ cōmunicatio luci ad tenebras, quę coæquiuocatio christo ad
Belial. Quare fides catholica non patitur ut pro Ioue Iesus intelligatur, neq;

Ortwiny

pro deo dæmon. Semper em̄ dęmon ab orthodoxis pro maligno accipi
non ab intelligentia uel scię tia, iuxta morem infideliū deriuato uocabulo,
δαήμων daemon doctus & intelligens interpretatur, sed ab αἵμων æm
quod est cruentus præponendo d literā fit dęmon, sicut a dascalus fit dida
lus. Et hęc est uera grammatica sanctorū omniū etiam literatissimor. V
Seuerus Sulpitius de obitu sancti Martini quē gręci θαυματουργὸν id est m
raculorū operatorē dixerunt episcopii Turonensis, quę ciuitas olim Con
tina denominata est, Sic scribit, hæc locutus diabolū uidet prope se assiste
Quid hic inquit adstas cruenta bestia, nihil in me funeste reperies. Recte tu
eam bestiā scilicet dæmonē cruē tam appellauit S. Martinus, hoc est æmo
quia æma id est sanguinem sanctorū fundere desyderat, ὑπὸ τῶν τοῦ δι
βόλου ὑπασπιστῶν per diaboli satellites, ut super apocalypsim scribit S. Hip
lytus papa in tertia phiala. Quos ego haud ab re nomino diabolos incan
tos, id est falsos accusatores fratrum suorū. Quonam itaq; pacto christus n
bis permitteret se dęmonē uocare? qui pręcepit discipulis suis dicens. Dęm
nes eiicite. Multo minus Iouis patietur nomē, q̄d neq; apostoli ferre poterā
quom Lystrica turba Iycaonię Paulum appellarēt Mercuriū, et Barnabā
uem, propterea q̄ sanabant hoīes a languoribus, ut in actibus apostoloru
legitur, tunc em̄ scissis uestimentis exilierunt in turbas clamantes & dicē
Viri quid hæc facitis? & nos ὁμοιοπαθεῖς id est similes passione sumus hoī
euangelizantes uobis ab his uanis conuerti ad deum uiuū qui fecit cœlū
terram. Per hanc sacrę scripturę auctoritatē tibi fucose glossandi potestas a
lata est. Si forte dicere uelles qm̄ Iuppiter dicat quasi iuuans pater, q̄d de de
possit intelligi, at etiam de asino intelligit, quem fortasse pro deo adoras ue
sifex immo uersurifex. Generat em̄ asin asinū, ergo pater est asinus, & iden
iumentū dicitur, quia iuuat hominē, quare asinus tuus quē nunq̄ derelinque
Iuppiter est, quasi iuuās pater. Q̄ si grammaticę artis peritus esses, obtine
apud te facile q̄ concederes auctore Prisciano & Cesellio uindice de propri
tate sermonis latini Iouem non habere Iuppiter in ntō. Vbi ergo erit tuus i
uans pater? qui Iouem dixisti, non aūt Iuppitrem. Sed noluerūt apostoli e
am sanantes & iuuantes nominari Ioues. Non est em̄ inquit Lactantius pro
prium diuinitatis iuuare, sed saluare. Tuus aūt Iuppiter nō modo non saluat
uerum etiā æternę damnationis ruinā & occasionem præstat, q̄d tota christ
cōfiteē ecclesia, quā integritate fidei et sana doctrina illustres nr̄i sequūt poet
Iam non te connumero Orte uino uel zytho potius, cū tu neq; poeta sis, neq
sanę fidei aut doctrinæ possessor. Sed nostros uolo tibi absimiles, non a recta
fide alienos. Sequūtur inquā illustres nostri poetę sanctā ecclesiam, aduersu
Iouem tuū Aurelius Prudentius Clemēs in libro contra Symmachū primo
cum ait. Heu male de populo meriti, male patribus ipsis. Blanditi quos pręc
pites in tartara mergi. Cum Ioue siuerūt multa & cum plebe deor, & infra,
Nempe charon iugulis miseror se duce dignas. Accipit inferias placatus cri
mine sacro. Hæ sunt delitiæ Iouis infernalis, in istis. Arbiter obscuro placid

requiescit aeterno. Et Arator. Discite iam uerum sacra de uirgine natũ, In ter
ris celebrare deũ nec uota feratis, Lanigero damnosa gregi q̃s liberat agnus
Vnicus ablutum qui sanguine cõparat orbem. Et Sedulius, Heu miseri qui
phana colũt qui corde sinistro. Relligiosa sibi sculpunt simulacra suumq̃. Fa
ctorem fugiunt ea quæ fecere uerentur. Possem græcos poetas christianę re
ligionis lucernas in medium afferre. Ioannẽ Damascenũ. Cosman Hieroso
lymitanum. Nonnũ, & Gregorium Nazianzenũ, cui uiro nõ solum dulce
dine carminis cedit Homerus, sed etiam ueritatis splendore. Audi sed asinus
ad Iyram ex innumerabilibus eius uel hoc carmen de libro suo ad Nemesiũ

λοιτεῦθ' εἰδώλων κενεόφρονες οἱ παθέεσιν
ἄλκαρ ἑοῖς μήσαθε θεοὺς σήφεσθαι ἀλιτροὺς
χθύσας ἀνδροφόνους σκολιοὺς ἐπιορκίον ὀμοῦντας
ἁρπαγάς. ἀνδρογύνους. μοιχοὺς ἐπιβήτορας ἀμφῶν.
ἄθφ δὴ πρώτισον ὅσ' ἔπλετο μηδεσύνησι
ταῦρος κύκνῳ χρυσὸς. ὄφις. πόσις. ἄρκτος. ἅπαντα,
ὀστάμιν ὠκὺς ἄτωγον ἔρως κόρος τ' ἀλαπαδνὸς

id est. Cultores simulacrorũ insani qui affectibus auxilium propriis, consu
luistis deos statuere peccatores, mendaces, homicidas. peruersos. periurium
iurantes. raptores. fœminiuiros. adulteros. ascensores uirorũ, uide aũt q̃t fuit
stultitiis taurus, olor. aurum. serpẽs. maritus. ursus. Oia quęcũq̃ ipsi uolucris
iussit amor puerq̃ imbecillis, hæc de Ioue Nazianzenus. Non possum uenu
statem loquendi suã assequi transferẽdo p̃sertim uerbũ e uerbo. Estq̃ omniũ
nemo qui uerborũ suorum coniunctionisq̃ laudem neruos ac uires orõnis
forma colore luminibusq̃ distinctę, nedũ hic sed in omni eius opificio queat
satis explicare, tam tersus, teres, tener tam aptus & concinnus est. Non mino
ris preconii pariter latini orthodoxę nostrę fidei poetæ sunt, etiam ætate nr̃a
scribentes. Quid ille nobilis & generosus romani imperii comes Ioãnes Frã
ciscus Mirandulanus? nonne simul ubiq̃ & iucunda & idonea dicere uerba
solet? maxime aũt in hymnis ostẽdit q̃ syncerus sit, de quo experire si latinũ
sermonem intelligas, num Iouẽ tuũ in cœlum, & cũ dei genitrice supra de
cẽ choros angelorũ tuo more collocauerit, ait aũt. Capitoli sede uetusta, Iup
piter excedens turba comitante deorũ, horrendas petiit luce impellente tene
bras, Reseruo nostrates & patrios miro decore scribẽdi prędictos, ad meorũ
tẽporũ historias q̃ in procinctu sunt, quos alię p̃stantissimę studiorũ uniuer
sitates in germania non sinerent usquã nisi a tanta sacrorũ iniuria manus ab
stinuissent, quia in uno ore se cum laudibus Iouis, christi laudes non capiunt,
Ita determinat expressis uerbis sancta catholica ecclesia in decretis lxxxvi.
dis. Tu uero ineptissime conuiciator popinarũ gurges, et contẽptor ecclesiæ,

laudes Nazianzeni

Maria non fler

042

non te putabis esse disertum, nisi a uera religione discedas, & tuos Ioues t
ethnicus cum iniuria beatissimæ uirginis Mariæ magnifacias, utrunq; m
titus, & q̃ alma Iouis sit parens, & q̃ fleat, utrunq; contra fidem catholica
Cuius incontaminatæ fidei cõfessor & illustris ille doctor S. Hieronymus
assumptione uirginis Mariæ sic loquit. Hodie gloriosa semper uirgo Ma
cœlos ascendit, rogo gaudete, quia ut ita fatear ineffabiliter sublimata cu
christo regnat in æternũ, & infra. Hæc est dies p̃clara in qua meruit exalt
sup choros angelorũ, & puenire ultra q̃ nr̃æ humilitatis est natura, & in
Submittit sanctorum claritas ut eius amplius splendor & gloria cõmend
quæ super angelorũ choros eleuata iam beata prędicat, etiã beatissima. Et
sermone altero de eiusdẽ uirginis assũptione sic ait, Tu cõcinentibus sine s
angelis cõiũcta, archãgelisq; sociata, indefessa clamitare uoce sanctus san
sanctus nõ desinis. Est ergo sublimata in æternũ, est & sup choros angelor
est et beatissima, est & semp canẽs, ut S. Dionysi uocat de cœlesti hierarch
τὴν πολυύμνητον ἐκείνην καὶ σεβασμιωτάτην θεολογίαν ἅγιος ἅ
ος ἅγιος id est, Laudatissimã illam & pientissimã theologiã sanctus sanct
sanctus, Non igitur flet cum Iosue apud inferos, ubi est fletus & stridor de
tium, quia regnat cum christo exaltata supra cœlos, ubi perpetuũ est gau
um sanctorũ. Non flet sublimata in ęternum, ubi etiã secundũ paganos tu
sunt entia impassibilia optimã uitam ducẽtia, Non flet supra choros ange
rũ in tabernaculo dei ἐν ᾧ ἀπόλυτος εἰρηναῖα & ἀσασιαστος ut scribit Chr
sostomus in primo de angelis panegyrico, id est in quo simplicitas uitæ p
cata est & immota. Ergo aut apud inferos est si fleat, & beata non est, aut
flet, si apud supos beatissima est, Ecce amice, noli gloriari hoc nomine, sic e
christ Iudam alloquit, Vide inquã amice ad quid uenisti, in quod barathr
cecidisti, dũ me oculo inuidię aspicis, nescius quid ante pedes offenderis. Pe
dior nanq; uideris Mahometo & oĩbus thurcis, q̃rũ liber legis id est alcora
Mariam confiteť uerbum dei peperisse, Sultanus em & thurcus & arabes i
Alcoran legunt iuxta q̃sdam quibus Azoara secunda in duas partes diui
ditur capite sexto. In meo aũt codice ubi non diuidit capite quinto legũt s
angelos esse ad Mariam loquutos, O Maria oĩbus uiris & mulieribus sple
didior & mundiõr atq; lotior, soli deo perseueranter studens, & infra. O Ma
ria tibi sum nuncius gaudiũ cum uerbo dei, cuius nomen est christus filiu
Mariæ, qui est facies oĩm gentium in seculo hoc & futuro conueniens, pra
sens, sapiens, uir optimus, ab uniuersitatis creatore mittitur. Ecce thurcus, su
tanus, maurus, arabs hostes christianorũ confitent christum Mariæ filiũ, qui
est facies oĩm gentium, a creatore uniuersitatis in Mariam missum, Tu Iouẽ
qui est turpitudo oĩm diabolorũ, a creatore uniuersitatis missum in ignem
ęternũ sibi & angelis ei paratũ, hui almę parẽtis audes dicere filiũ. Alcoran
asserit Mariæ gaudiũ ab uniuersitatis creatore per angelos & diuinos nun
cios mitti, Tu Mariã flere decantas sacrilege dęmonoticta. Ecclesia legit uir
ginem Mariam indesinenter canere, Tu longe miseriorem illam te mortali

Amice ad qd uenisti

thurcus laudat Maria

uerme
canas &
em ma
cium c
syllogi
& idem
Incidis
ginẽ M
eam n
græ co
æternũ
ἔιρα
παρθέν
ipsum
ana the
ab ake
incidis
dixerũ
rit pri
ritas q
are u
tes uni
cata
em ali
m, qu
stum
colloc
go ad
De qu
confid
dere, h
gium
uis al
seos
propr
ut cu
fices
minat
tora
quibu
in de
dus c

Ozrony natur / Maria flet

uerme doces esse, quam ipse canendo scribis flere, O scelus ô scelerate, tu ne canas & illa fleat? At iuste quidē fleret, si ut tu ais ipsa Iouis parens esset, tunc eā mater dei non esset, consule uerbero in gemonias scalas coniiciende sonitium criminis et fautorē tuum Arnoldū, quia sophista est, an possis te aliquo syllogismo in baroco uel baralipton ab expressa hæresi explicare. Si eā unā & idem iuxta te est Iesus & Iuppiter, non iam deus, sed q̄d absit dæmon est, Incidisti ergo in hęresim Nestorianorū, qui non confitebant beatissimā uirginē Mariā esse theotocon id est dei parentē, Quę sacrilega hęresis (ita nanq̄ eam nominat imperator Theodosius) in generali concilio Ephesi ciuitatis græcorū nomine totius ecclesiæ dam nata est inter xii. anathematismos in æternū promulgatos, anathemate primo his uerbis, εἴτις οὐχ ὁμολογεῖ θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν ἐμμανουὴλ καὶ διὰ τοῦτο θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον ἀνάθεμα ἔστω id est. Si quis non confitetur deū esse secundū ueritatē ipsum Emanuel, & propter hoc theotocon id est dei parentē sanctā uirginem anathema sit. Sin aūt nō sentis unū & idem esse Iesum & Iouem, ut distet alter ab altero, sic duo erunt Mariæ filii. Tuq̄ nihilominus in hæresim damnatā incidisti Heluidiorū, q̄s ita nominat S. Augustinus de hæresibus, qui Mariā dixerūt habuisse plures filios et christū plures fratres carnales, inter q̄s ipe fuerit primogenitus. Quapropter eos hæreticos appellauit Epiphanius antimaritas quasi aduersarios Mariæ uirginis, contra quos S. Hieronymus singulare uolumen edidit. Igitur quaqua uersum te uertis uersibus tuis, aperte patuitæ partes uniuersis, q̄ in uno hemistichio tot asseruisti hęreses, quot sunt uerba, Nec est, aut hem̄ alia quædam alma fingetur a te ullo exquisito mendacio, q̄ illa ipsa alma tm̄, quam tu & in cœlū & apud superos, & super decimū chorum inter christum & angelos, istis tuis famosis uersib⁹ cū titulo p̄notato casuq̄ summario collocasti, Ea est alma uirgo Maria q̄ unica & sola intemerata mater & uirgo ad throni celsitudinē in regni solio sublimata post christū gloriosa resedit (De qua (ut ait in sermone ad Paulam & Eustochiū S. Hieronymus) sic ubiq̄ confidenter sancta dei canit ecclesia, q̄d de nullo aliorū sanctorū phas est credere, hæc ille, Quare de sola Isaiæ alma hoc tam nephariū blasphemię sacrilegium in honorē deorum gētiliū sensisti, intellexisti, uoluisti & dixisti Flet Iouis alma parens, tu perfide idololatra, ueritatis apostota, schismatis & hæreseos nouæ inuentor. Vnde in te ipsum & in tuū corpus iuste uersiculū illum propriū & tuū retorquebo sic. Dignus es & flammis dignus obire nece. Atq̄ ut cum Ouidio dicam quod sentio. Nec em̄ lex æquior ulla est Q̄ necis artifices arte perire sua. Vt cum sis alter Perillus, mortem quam innocenti mihi minatus es, tu nocentissime hęresiarcha turpiter patiaris. Expeditionē uidisti totam cæsar bellicosissime Coloniēsiū theologistarū quanta arte, quo duce, quibus cōmilitonibus, quib⁹ æneatoribus aduersum me instruxerint pugnā, in dextro cornu carminator, in sinistro criminator, in medio signifer Arnoldus calumniator, Vnde illud Terētii, Dorax Syrisce sequimini me, ubi Cen

Antimazia

Ōpir Calm

Ozrony

carminator — pēripaganus

calūniator

criminator — permindeus

042

turio sanga & manipulus furum? Certe Pyrrhus ipse sibi uidet pugnax
Multa de preliis legit, de Marathone. salamine plateis, thermopylis, leuc
Titum Liuiū in paruis logicalibus didicit. Vegetiū in libris elenchorū. A
ce igitur qua me uersutia prouincialis ille diabologorū nitatur suppläta
Vel fortasse non prouincialis sed præses prouinciæ, scribit em̄ sibi prouin
nescio quā esse demādatā. Hoc tu uideris Cęsar num illi prouinciā germa
inferioris regendā mandaueris, quod Agrippinenses iuris italici deprecā
tur. Nam ego tali pręsidi non agasonū stabula committerem, qui post ig
rantiam ueræ doctrinę nullo etiā usui munere ornatus cum amentia mag
habet iactantiā, at quod peius fore iudicatur mendax est, & pater eius, N
diuinabis quoto gradu diabolo sit affinis, quanq̄ em̄ sciuit omia consilii
dicta si ad mentē meā ut oportet bene intellecta fuerint concordare cum
clesia, ita ꝓ nemo posset cum ueritate honorē famamq̄ meā lædere, qd
satis & super ex declaratione mea dudum patuit, quā præ se habuit & leg
tū nihilominus ad nocendum paratus, constituit apud se relicta ueritate
falso expugnare, quo motus triplici phalarica turrim fortissimam noīs m
conatur diruere. Primo falsis opinionibus, deinde falsis argumentationibu
tum demū falsis traductionibus. Iam aūt cognosce quid audet temeritas,
sam opinionem gregariis & triuialibus literatoribus in ipso libelli uestibul
prætendit, magno ingenti procero & giganteo charactere, quasi pro rostr
in albū inscriptā, aut monumentū aliqd in æs marmor ue perpetuo incisu
hoc modo, ARTICVLI SIVE PROPOSITIONES DE IVDAIC
FAVORE NIMIS suspectæ. Cætera minusculis sequunt̄ literis. Tentau
igitur ac potius temerauit calūniator initio & in primo congressu tam sp
dida inscriptione, tam eminentibus literarū figuris, & tam specioso titulo
superliminari portic° edito infamare me de iudaico fauore, perinde ac ec
sia catholica fauorē iudæorum indistincte prohiberet, ac omnis fautor iud
orum criminosus esset & infamis. Quod si non distinguat falsum dogma
ex falso fundamento procedens. Nō sunt em̄ iudæi proprie dicti hæretici, q
fautoria interdicitur, Nam qui ad Titum scripsit hæreticū hoīem deuita,
ipse & ad Corinthios scripsit Factus sum iudæis tāq̄ iudęus, ut iudæos luc
rer. Fuit igitur ſ&l noster S. Paul° fautor iudæorū, qui optauit anathema e
a christo pro fratribus suis, qui sunt cognati sui secundū carnem, qui sunt is
elitæ, quorū patres ex q̄ibus est christus secundū carnē qui est super omni
deus benedictus in secula seculorum, hæc ad Romanos nono. Fautor erat
Clemens de q̄ legit ecclesia in lectione matutina loco primo. Hic ita morum
ornamentis pollebat, ꝓ non solū christianis sed & iudæis & gentilibus co
placeret, eo ꝓ nullorū uitam specialiter reprehenderet, sed omnes gratia d
indigere, & eam posse consequi comprobaret. Fautor erat S. Hieronymus
in psalmo cviii. super uerbo. Erubescant & confundant̄, addit Et sic saluē tu
non dicit contra iudęos sed pro ipsis dicit. Creator em̄ est & illorū & noste
Non eos oīno eradicauit, Vultis scire? Petrus ex ipsis erat, & oīes apostol

Obiectorū solutio

Iudæorum fauor

ex ipsis
debem
inserti
qui scri
ab eis c
uerunt
Similit
sine inc
siones
sit ut si
luit no
parati,
ad bap
niendi
cœ mi
tia & i
rum i
runt, n
in syn
tam a
rint, q
fauto
runt i
tiam
res He
lūtate
cōmi
iudæo
solun
aut ha
dæor
telæ,
impe
De su
tiquu
quiet
do o
ge ab
dere
stitut
inde
toriu
lēcur

Iudais fauere

ex ipsis erāt, nos in radicē ipsorū inserti sumus, Nos rami sum⁹, illi radix, nō
debemus maledicere radicibus, sed debemus orare pro radicib⁹ nostris, qui
inserti sumus radici, et reliqua, Hieronymus hęc. Fautor S. Thomas de agno
qui scribit hoc circa iudæos seruādū esse ut sicut iura (inquiens) determināt
ab eis coacta seruitia non exigant, quæ ipsi pręterito tpe facere non consue-
uerunt, quia ea q̄ sunt insolita magis solēt animas hoīm perturbare, hęc ille.
Similiter fautor erat Gregorius papa qui permisit iudęis ueteres synagogas
sine inquietudine habere, & terrarū suarum agrorū ue colonos a quibus pen
siones annuas accipiant retinere. Fautor Alexander papa iii. qui iudęis cōces
sit ut si ueteres synagogæ corruerent, eas in pristinū statum reforment, & uo
luit non tanto illos subiacere odio quanto saracenos, cum nobis sint seruire
parati, Fautor erat Clemēs papa iii. q̄ concessit iudæis ꝙ inuiti non trahātur
ad baptismū, nec sint ad baptizandū cogendi, nec sine iudicio lędendi & pu-
niendi, aut rebus suis spoliandi, uel in suis festiuitatibus molestandi, nec eorū
cœmiteria uiolanda, aut eorū corpora exhumanda, nec sint ad coacta serui-
tia & inconsueta compellendi, iccirco non sunt serui. Fautores quoq; iudęo
rum imperatores sunt Valentinianus & Valens, qui iudæis priuilegiū dede
runt, ne teneant ad hospitalitatem aut habitationē quorūcunq;, & si curaliū
in synagogis eorum. Præterea iidem concesserunt illis ꝙ romano iure utāt,
tam agendo q̄ excipiendo, nisi in ciuili negocio arbitrum inter se iudęū elege
rint, quod facere possunt, cuius sentētiā iudex ordinarius loci exequi teneat.
Fautores sunt imperatores Honorius & Theodosius, qui priuilegiū cōcesse
runt iudæis, ut in die sabbati ac reliquis diebus quo tpe ipsi cultus sui reuerē
tiam seruant a nemine possint conueniri. Fautores sunt iudæorū imperato
res Honorius & Arcadius, qui eis bonos contractus permiserunt pro sua uo
lūtate, absq; ullo moderatore uel discussore christiano, qm̄ iustū sit sua cuiq;
cōmittere. Fautores etiam sunt iidem imperatores cōstitutionibus propriis
iudæos defendentes, ne quisq̄ quacunq; religione affectus seuiat in eos, non
solum personā obterendo aut contumeliose iniuriando, sed etiā synagogas
aut habitacula eorū concremando, uel perperā eos lędendo, etiā si aliquis iu
dæorum fuerit sceleribus implicitus. Nam subiecerunt eos iuris publici tu-
telæ, ne sibi quisq̄ permittere ualeat ultionē, Et uide Cæsar quantū fauerunt
imperatores iudęis, cum sint sub protectione & defensione romani imperiū,
De summa em̄ clemētia & bonitate ut inquit Rofredus ille iurisconsultus an
tiquus & laudatus tulerunt legem pro iudęis quę incipit Christianis, ut ipos
quiete manentes nihil turbulentū et contra iura tentātes christiani nullo mo
do offendant, etiam si uellent dicere, nos uos offendimus, quia vos iudæi le
ge abutimini, & ideo vos offendimus, quia religionem christianorum defen
dere uolumus, & si contra ipsos iudęos qui securi sunt & esse debent hac con
stitutione, uiolentiam forte commiserint uel rapuerint ipsorum bona, & ex-
inde fuerint conuicti vel per confessionem uel per testes, uel quia factum no
torium est, omnia quæ abstulerint uel rapuerint in duplum restituere cōpel-
lētur, Plus etiam & q̄ddā mirabile de nouo statuit, ꝙ si rectores prouinciar⁹

priuilegia Judeorum

Priuilegia Iudeorum

talia non uindicauerint sed permittunt hoc fieri ab istis popularib⁹, ipsi re res ita punientur ac si ipsi cõmisissent. Nunquid iste est fauor iudeorũ? nõ iudaicus reprobus, Quid de doctissimis luminibus & iurisconsultissimis doctoribus? qui sæpe pro iudæis causas decidunt & deciderũt, etiã contra christianos iniustam causam fouentes, sunt ne fautores? ut cum lex dicit uni sitatibus iudæorũ legata peti non posse, respondent illi cuilibet iudæo singulariter legari. donari, renunciari, gratificari posse. Item iudęũ succedere cõ guineo christiano. Item si iudęo per statuta cõmunia prohibitũ sit acquirẽ immobilia, concedunt iudæo acquirere posse ut uẽdat & preciũ capiat. Item ꝓ iudęi non arcent canonibus quo ad spiritualia & ad peccatũ mortale ꝓ gaudeant priuilegiis ciuitatis. Q̃ iudæũ esse non sit delictum punibile christianos, secus in hęretico. Relicta ualere singulis iudæis secus in hæreti Iudæorũ collegia non reprobari, secus in hęreticis, iudęos habere priuile dotium, secus in hæreticis, iudęos esse fouendos a christianis licet limitate cos in hęreticis, iudæis communicandũ tanq̃ non excõmunicatis, secus in hęreticis, iudæos posse habere loca tam publica q̃ priuata ubi conueniant, se in hęreticis, quibus ne per rescriptũ quidem concedi possit. Quid de eccles nonne fauet iudæis? quę cum posset eos expellere, tñ ex singulari pietate benigne tolerat, sec⁹ de hęreticis, Permittit etiã nobis cum eis disputare p lice cæteris paribus, secus de hæreticis. Item colloqui cum eis tñ caute. Item ꝓ ex charitate cum eis agendũ sit & non ex furore, quia ipsi hoc prestat corrigitur, ne gehennę ignibus tradatur, Item negandum eis non esse q̃d humanæ societatis concedit. Item ꝓ sine illorũ cõsortio ipsos deo lucrari possumus. Item ꝓ blandimentis non asperitatibus debemus eos ad fidem ctam perducere. Item ꝓ suadendi sunt non impellẽdi, & agendũ cum eis potius ratione & mansuetudine prouocati sequi nos uelint, nõ fugere, ut ex eorum codicibus ostendentes q̃ dicimus ad sinũ matris ecclesiæ deo po mus auxiliante conuertere. Sic ecclesia pręcepit in canone Qui syncera, & none de iudęis xlv. distinctione. Item ꝓ in scholis nostris debeant haberi p ptores & magistri qui linguã iudaicã doceant. Item ꝓ libros iudæorũ trã rãt. Denicq̃ summa summarũ in iure scriptũ est ꝓ iudęi tanq̃ proximi nos a nobis diligendi sint. Hæc omnia & singula breuiter enumeraui saluis un cuiq̃ propriis & iustis limitationibus, in iurisconsultorũ scholis ciuiliter & h maniter determinãdis, in quibus si quę fidei interciderent, ea semper iudic ecclesię subiicio, ut in mea protestatione ab initio facta contineꝝ. Hos tu Ca sar Augustissime fauores in gentem iudaicam collatos haud obscure uid omni carere turpitudine. Illud ergo q̃d dicitur fauor iudaicus tm̃, non deli uerbum sed meri facti est, quidã em̃ sunt fautores iudęorum tm̃modo, q̃da iunctam sibi pœnã aut ignominiã non habet, ut cum theologis sentire u luit Bartolus in lege prima. ff. ad Turpilianũ. Et quidã eorũ sũt fautores sol pfidię, & tertio q̃dã tã iudęorũ q̃ perfidę. Frustra igit conati sunt aduersa m: tam celebri & eminenti suo titulo infamare, pretẽdentes ex consilio me

Doct. ꝓ iudeis

Iudei ab Gratian

31 X

F IV

fauens Iudeis ꝓ hꝰ n punit

rticulos seu propositiones de iudaico tm̃ fauore nimis suspectas. Quid em̃
portuit addere nimis, uel uehementer, uel uioienter suspectas? cum non mo
do suspicione sed etiã euidentia ueri, iudæis simpliciter loquendo antea non
aptizatis notorie fauens ut supra neq; infamiã neq; pœnã incurrat, nam fa
or ille nomen facti est, non delicti. Sed non idem de fauore hereticorũ, qui tã
circa personas q̃ circa perfidiã de iure ciuili & canonico damnatus est. Vnde
autor post excommunicationẽ anno lapso infamis est, Fauor aũt iudęorum
non coniungat perfidiæ nullo iure prohibitus est, quia illorũ delicto salus
est gẽtibus ut illos emulent. Tu aũt cum oleaster esses, insertus es in illis & so
cius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos, ait
Apostolus ad Romanos xi. & sequitur. Sicut em̃ aliquando & uos non cre
didistis deo, nũc aũt misericordiã consecuti estis propter incredulitatẽ illo
ta & isti nunc non crediderunt in uestrã misericordiã, ut & ipsi misericordiã
consequant. Conclusit em̃ deus omnia in incredulitate, ut omniũ misereat,
hęc Paulus ubi supra. Non ergo suscipiemus peccatores propter hoc q̃ sunt
peccatores, ut ait Augustinus, sed tm̃ eos ipsos quia & hoies sunt humana cõ
syderatione tractemus. Quãto igitur tpe illos tolerat ecclesia, nihil iniuriarũ
illis inferri tolerandũ est, sicut & nihil iniuriarũ uicissim patiendũ. Ita faueo
iudæis, ut iniuriæ non subiaceant & iniuriã non faciant, hæc mihi uisa est na
turalis uitæ societas & humana cõsyderatio, qua hoiem etiam peccatorem
a iure nõ expulsum neq; prohibitum tractare iubemur. Iniusticia em̃ est im
manitas oẽm humanitatẽ repellens, cuius qui sunt appetentes uel turpi quę
stu uel odiosa superbia moti, tanq̃ immanes beluæ nihil absunt a natura fe
rarum, sint iudæi siue christiani, immo christiani primũ & iudæi. Est ergo iu
stus & debitus fauor ut odio habeant peccata, non aũt hoies, lxxxvi. distin.
in decretis, ubi scripsit Ioannes papa viii. Q̃ probat odisse se uitia qui conde
mnat errãtes. Ego aũt acerrime oĩm in meo consilio uitia peccata & perfidiã
iudaicorũ librorũ condemnaui, qñ ad ignem iudicaui omnes libros iudæo
rum, qui ad infamiã, blasphemiã, scandalum & irreuerentiã dño deo nostro
Iesu, suę dignissimę matri, sanctis, Aut christianę cõstitutioni seu ordinationi
fuissent editi. Et iudęum tales scienter possidentẽ puniendũ. Similiter omnes
libros magicos & reprobatæ lectionis. Quo factum est ut probauisse aperte
uidear, odire me uitia iudęorũ religioni nostræ aduersantia, quia condemna
ui errantes. Ecce qualis sum fautor iudæorũ, qui detestandã perfidiã reseco,
& tm̃ in eo iniuriã illis inferri non cõsulo. Sic em̃ ego neq; cõsentiens, qui ma
la non approbo, neq; negligens, qui arguo, neq; superbiens qui non insulto
a quoq; iuste potero accusari. Fautor igitur sum ut debeo, ut decet, ut S. Paul
ut S. Hieronymus, ut S. Thomas de aquino, ut pontifices, ut imperatores, ut
iurisconsulti omnes doctissimi & christianissimi, non contra ecclesiã, sed pro
ecclesia, qa pro iusticia & pro utilitate ecclesiæ, ut lucrifaciã fratres nostros,
quos tenemur diligere, sicut nos ipsos, licet cum moderamine, qui sunt etiam
christi oues, pro quibus christus quoq; mortuus est. Scio tulerũt ęgre aduer

fauet Iude

Iudei ñ poſſũ iuuare mei ſed ſtrues Arnoldi

042

ſarii, quia eos dixi conciues eſſe noſtros, nunc plus inſaniant uelim iracũ
rumpantur ilia, quia dico iudęos eſſe fratres noſtros, fratres Arnoldi, fra
omniũ theologiſtarũ Coloniensiũ, non tm ꝙ unum patrẽ omniũ habe
in cœlis, unde omnis paternitas, uerum etiã ꝙ ex eodẽ nobiſcũ parente in
ris generati ſunt, qui licet non ſint nobiſcũ membra, tñ ſunt nobiſcum fra
ut ait S. Hieronymus ſuper illud ad Epheſios. Loquimini ueritatẽ unuſq
cum proximo ſuo, Conſyderemus quanta diſtrictione S. Ioannes loquit,
qui odit fratrem ſuũ homicida eſt. Duo aũt noĩa cum dicimus homo pec
tor ut inquit Auguſtinus non utiq; fruſtra dicunt, quia peccator eſt corr
quia homo eſt, miſerere. Vtunq; ſecutus ſum, uolui omnibus iudæis om
libros reprobatæ lectionis & blaſphemos de conſilio & ſentẽtia mea cre
re, Fautor ſum, quia peruerſis & nocentibus mala & intolerabilia iuſte pe
mo. Volui & nihil cum eis tanq̃ hoĩbus attẽtari niſi cauſa cognita, cum e
de notoriis liceat prius declaratiue cognoſcere, fautor ſum, quia illi homi
ſcunt, & proximi noſtri, Vnde nõ tm iuſticia eſt, ſed & miſericordia defen
re proximũ ab iniuria, defendere a ui, defendere ab impetu irrefrenato &
tione propria atq; priuata. Dicit enim Ambroſius in libro primo de officiis. N
in inferenda ſed depellenda iniuria lex uirtutis eſt. Ex utraq; igitur parte
tor ſum, hinc, quia ab illis fauore iuſticiæ abſtuli quę leges & eccleſia cond
mnant, Inde, qa ea illis ſingulari humanitate permiſi, quæ leges & eccleſia
lerant, hæc omnia dilucide apparent in declaratione mea uulgari. Quicũ
ergo aſſerit uel dicto uel ſcripto, me iudęis inordinate aut iniuſte fauere aut
uiſſe, per hoc uolens aſſerere ꝙ iudæorũ perfidiæ faueam, ille in pernicie an
mæ ſuæ mentitur famicida & boni nominis raptor, ueritatiſq; tranſfuga
uiſſimus, Nunc accedit altera opinio falſa, qua imperitis oculorũ aciẽ adu
ſum me prẽſtringere nititur calũniator meus, ait enim, ꝙ auctoritates q̃ plur
mas ſacrę ſcripturæ & ſanctorũ doctorũ & allegationes ex textibus & ſcri
ptoribus utriuſq; iuris impertinenter præter & contra intentionẽ ſcriptur
& doctorũ allegare uolui, ex quibus nõnullæ ſi ad intellectum referant, in
in originalibus ſuis ſunt ſcriptę, & poſtea applicent ad propoſitũ, falſum i
ferunt, & ut ſibi uiſum ſit nonnunq̃ hæreſi uicinũ, hęc ille tam gñaliter et in
diſtincte perinde ac ſi nulla ſcriptura poſſit aut debeat aliter applicari q̃ ſcr
pta ſit, aut in alia forma recitari q̃ auctores poſuerunt. Quod q̃uis ego nõ fe
cerim, tñ nihilominus iterũ eſt falſum dogma, ex imperitia uel malitia poti
diffamatoris mei procedens, & ut mihi uiſum eſt non ſolũ uicinũ hęreſi, ſed
etiam inquilinũ. Eſt enim contra conſuetudinẽ eccleſię, contra uſum ſacrę ſcri
pturę, cõtra determinationẽ ſanctorũ doctorũ, contra grãmaticos, rhetore
& philoſophos. Nã conſtat eccleſiã crebro & frequẽter multas auctoritates
ſcripturæ & ſcriptorũ ad alium ſenſum applicare q̃ litera habet, nõ tñ aliter
q̃ ſpiritus ſanctus intenderit. Euãgeliũ Lucę x. de Maria q̃ ſoror fuit Marthę
applicat ſãcta eccleſia beatiſſimę uirgini, Et eccleſiaſtici ꝟba ſequẽtia ſanctis
applicant cõfeſſoribus, de q̃bus ſingulis eccleſia canit, Ecce ſacerdos magnus

Scripta pt ad aliud [illegible] Aut [illegible] ſcripta pt

Et dictum de Enoch qui placuit deo, De Noe qui inuentus est iustus, & in tpe
iracundię factus est reconciliatio, De Abrahā. Non est inuentus similis illi q
conseruaret legem excelsi. De Isaac. Benedictionē oīm gentium dedit illi do
minus, & testamentū suū cōfirmauit super caput Iacob. De Moyse. Dilectus
deo et hoibus, sic consequenter singula non secundū applicationē recensent
auctoris, Canticū etiam canticorū referē extra limites ad beatissimā uirginē
Mariam, quod tñ quidā christo tribuunt & ecclesię, alii animę coniunctioni
& uerbi dei. Possem uolumen implere de auctoritatibus quas ecclesia nō ad
intentionem literalē auctorū, sed ad honorem atq; decus sanctorū, & salutē
sanctificandorū adducit. Cæterum S. Petrus ab urbe Roma diuersis ecclesiis
noīe fidelium qui secum romę congregati fuerunt, hoc modo scripsit. Salu-
tat uos ecclesia quæ est in Babylone collecta, cum neq; ipse neq; tunc ecclesia
uenisset ad Assyrios. Sed Babylonē posuit pro Roma, Quid Paulus? Nōne
Actuū xvii. allegauit Athenienſibus inscriptionem Aræ aliter q̄ esset, cum
sic aiebat. Prēteriens em̄ & uidens simulacra uestra, inueni & arā in qua scri
ptum erat ignoto deo, sed neq; uerba nec intentio statuentiū ei consonabat,
Cum em̄ debellassent Athenienses circū circa uicinos, et in signū victorię ut
moris erat cuiuslibet regionis subiugatæ, domū retulissent proprios deos, si
cut postea in eorum imitatione Romani pantheon ędificarūt, ita illi publicā
aram erexerunt, cui titulū inscripserunt, Diis Asiæ & Europæ & Africę diis
ignotis & peregrinis. Illud ad propositū suum cōmutans Paulus sicut sibi ui
sum erat utile, pro constituenda christi ecclesia recitauit singulariter ignoto
deo, Fecerunt euāgelistæ similiter, nam Matthæus allegat Hieremiam, & ac
ceperunt xxx. argenteos preciū appreciati q̄d appreciauerūt a filiis israel &
dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus, q̄d nō secum Hi
eremias non sic intendit, sed penitus non scripsit in forma. Idem Zacharię te
stimonio utitur, Percutiā pastorem & dispergant oues, q̄d propheta intēdit
alio modo deum rogando percute pastorē. Idem ut impleretur q̄d dictū est
per prophetas, quia Nazaręus uocabitur, quod nusq̄ reperitur in prophetis.
Marcus discipulus Petri suum ita ordiit euangelium. Initiū euāgelii Iesu chri
sti sicut scriptum est in Isaia propheta Ecce ego mitto angelū meū, q̄d Isaias
neq; scripsit neq; formaliter intendit. Lucas enarrat Stephanū recitare histo
riam & descendit Iacob in ægyptū & defunctus est ipse & patres nostri, &
translati sunt in sichem, & positi sunt in sepulchro q̄d emit Abraham ñcio
argenti a filiis Emor filii Sichem, Sed legat genesis xxiii. Et erit alia intentio
scripturæ. alia uerba, alius sensus literalis. Hęc iam cum S. Hieronymo repli
care cogor, cum quo in his & aliis catholice sentio, non ut euāgelistas arguā
falsitatis, quod absit. hoc quippe impiorū est, Celsi, Porphyrii, Iuliani, sed ut
rephensores meos arguā uel imperitiæ, uel q̄d detestabilius est manifestæ ca
lumniæ atq; sceleroſę detractionis, ut saltem cōcedant mihi in meo consilio
simplici mente bonaq; intētione composito, q̄d in scripturis sanctis uelint no
lint euangelistis & apostolis cōcessuri sunt, Ne aūt hac occasione iudęi nobis

042

possint illudere, Sciāt etiam Moysen uerba dei non ita recitare ut dicta sui
Nam de monte sinai locutus est dominus. Memento ut diem sabbati sanc
fices, cum aūt Moyses hoc p̄ceptum allegare uellet in deuteronomio, ait
minū dixisse sic. Obserua diem sabbati ut sanctifices eum, Et Moyses dixit
principio creauit deus cœlum & terrā, Dauid conuersis uerbis recitando
legauit, Initio tu dñe terram fundasti & opera manuū tuarum sunt cœli.
lia & similia possunt in magno numero inueniri, ubi allegationes non p
quadrant ad literā, secus spiritus sancti intentione, Vnde quattuor illi sen
exponendi scripturas a sanctis doctoribꝰ ecclesię recepti sunt, uidelicet hi
ricus, allegoricus tropologicus & anagogicus. Quo apostolus illud. i. par
lip. xvii. Ego ero ei in patrem & ipse erit mihi in filiū, a deo per Nathan ad
uum suum Dauid de filio suo Salomone prædictū, pro christo allegauit
Hebrēos primo capite, Idem etiā ostendit non semper oportere scripta ad
tentionē auctorum literalē allegare, cum ait ad Galatas iiii. Scriptum est
quia Abrahā duos filios habuit, unum de ancilla & unū de libera. Sed qui
ancilla, secundū carnem natus est, qui aūt de libera, per repromissionē, Q
sunt per allegoriā dicta, hæc em̄ sunt duo testamenta. Et sequit de Ierusale
terrestri & ea quę sursum est. Talia cum sint in ecclesiæ catholicę tanta cōs
tudine frequentata, quo modo audet aliquis tam falso dogmate hoīes psti
giare uellet, ut innuat nō licere scripturarū auctoritates aliorsum applica
aut aliter q̄ auctores posuerunt, Dummodo expositionē sacræ scripturæ
mo retorqueat maligne ad illud q̄d contrariat ei quod est per spiritū sanc
reuelatū, Dicit em̄ canon. Consuetudinē laudamus quę tm̄ contra fidem c
tholicam nihil usurpare dignoscit, xi. dist. Cæterum de aliis uel quorū nih
interest ad fidem utrū sic uel aliter teneātur, uel etiam de quibusdā ad fide
pertinentibus quæ nondū sunt per ecclesiā determinata, cū quis non habe
electionē contradicentē ecclesiæ doctrinæ, poterit impune ex una eadēq; sc
ptura tā in uocabulis q̄ in sermone uarios sensꝰ & diuersas intētiones elice
Non obstante illo q̄ glossæ uel doctores aliter exponant. In talibus em̄ illu
apostoli ꝓcedit, unusq̄sq; in sensu suo abūdet, Nō em̄ necessario sequt glos
ita exponit, ergo tibi nō licet aliter exponere ex rōne. Neq; de necessitate se
tur iste doctor ita exponit, ergo tibi nō licet aliter exponere, tum maxime q
rationabiliter nō est cōtra uetitū neq; ꝓhibitū aliter exponi debere aut pos
ἐν τούτοις γὰρ τὸ ἐπιτυγχάνειν οὐκ ἄχρηστον τὸ δὲ παραπαίειν
ἀκίνδυνον, ut dicit Gregorius Nazianzenus in libro ad Eunomianos cui
titulus πρὸς λαλεῖς circa finem, id est, in illis em̄ & obtinere non est inutile,
peccare impericulosum. Vt cum sermonē euāgelicū zizaniorū ad dogma
retulerim, non contradicendo ecclesiæ, per id nihil egerim q̄d iuste debeat
prehendi, quantūuis me in eo reprehendat rudis ingenii & minutulę doctr
næ homo meus, qui non legit sanctos doctores, sed tm̄ excerpta quædā Ar
stotelis & concordātias maiores bibliæ cum bacchanticis & biianicis repo
tatis. Sic em̄ scribit post meam declarationem in xvii. propositione, q̄ uerba

ꝗ Cogit Arnoldy

christi ad sensum impertinentē contorqueā, quando hoc ꝓ christus Matthei
xiii. de malis hominibus fieri iussit, ad improbatę lectionis libros traham. Au
diat diabologus iste S. Hieronymū in eo loco ita scribentē. Omnia scandala
referunt ad zizania, & paulo post, quāobrem non dormiat qui ecclesiæ ꝓpo
situs est, ne per illius negligētiā inimicus homo superseminet zizania, hoc est
hæreticorū dogmata, hæc ille. Sed nemo mireť audaculum theosophistā ve
ros theologos non legisse, qui nec perlegerit bibliā noui testamenti. Quid
em turpius theologo facinus facere potuit Arnoldus? q̄ obiicere mihi uoca
bulum sectæ, in propositione sua tertia, q̄d confitetur me uincente ex grāma
tica proprietate posse malis & bonis applicari, & ea propter philosophi & le
gum ac iurium scriptores in utraq; significatione eo utāť, ita em ipse met scri
bit, sed hoc addidit, ꝓ non debuit tn̄ iste doctor (me notando) in sermone fi
dei, nisi secundū ꝓ in scripturis sacris inueniť, et sicut scriptores catholici et sa
cri utunť, sic & ipse uocabulo vti, Audite ruditatē & ignorantiā hoīs cū dia
bolica superbia, omnes reliquas facultates contēnentis, Consentit em ꝓ grā
matica proprietas & legum ac iuriū scriptores sectæ uocabulo erga bonos
& malos utantur. Et paulo ante scripsit me non esse in scholis theologiæ do
ctum, sed tm̄ legibus studuisse, Iam me renegare optaret professionē meā le
galem, sicut ipse renegat ueritatē, Ostendi aūt huic agasoni lōge prius q̄ hūc
famosum libellū ederet, ꝓ S. Paul⁹ actuū xxiiii. isto uocabulo in bonū de se
ipso utitur, sic loquens ad præsidē, Confiteor aūt hoc tibi ꝓ secundū sectam
quā dicunt hæresim sic deseruio patri & deo meo, Et cum ista scriptura sacra
hoc modo interp̄tata legatur in ecclesia, cur non erubescit post assignatū usū
iuris & grammaticorū scribere de me dicens sic, non debuit tn̄ iste doctor in
sermone fidei, nisi secundū ꝓ in scripturis sacris inuenitur, & sicut scriptores
catholici ac sacri utuntur sic & ipe uocabulo uti, perinde atq; iurisconsulti nō
essent scriptores catholici, aut iura non essent sacra. Sed hęc excecatus liuore
per aorasiam non uidit, neq; quid scripserim consyderauit, in quo facile dep̄
hensus est furere mania, cum me iterū redarguere uellet dicens, ꝓ non mihi
licuit ita loqui causa breuitatis, quia non sit tam angusta lingua latina, ut nō
suppetere mihi potuissent copiose gratiora uocabula, Stult⁹ quantū insanit,
oblitus meorū quæ legit, qm̄ & consiliū & declarationem uulgarē non in lin
gua latina quā ipse asserit non esse angustā sed in lingua teutonica & utriusq;
nostrum uernacula scripsi. At redeundo unde digressus sum S. Cypr̄ianus
in libro de montibus sina & sion aduersus iudæos scribit primum hominē a
quattuor cardinibus orbis nomen adeptum ut Adam diceret. A. anatole id
est oriens, D, dysis id est occidens, A, arctos id est septentrio, M, mesembrion
id est meridies, q̄d certe non uituperandū in tali uiro fuit, qui bono animo &
simplici mente ad excitandā contemplationē sic scripsit, q̄uis nunq̄ de mēte
auctoris uel dei uel Moysi fuerit, in lingua em̄ hebraica nomen Adam a deo
impositum non habet nisi tres literas, Q, aūt idem Cypr̄ianus interp̄tatur
Adam id est terra caro facta, id profecto facit ille sanctus uir ut qui linguam

zizania
Dogma
Secta
huic Agasoni
Adam

hebraicā nondidicit, sicut plures sanctorū fecere, Solum habeat etiam mecū similis patientia, & non tam facile improperet mihi, dicendo, Si auctorū intellectus ad meū intellectū applicet, ꝙ falsum aut hęresi uicinū inferat. Credo indubitate ꝙ a nemine inferatur, nisi a detrimentosis famicidis istis Coloniensibus diabologis detractoribus meis, qui ex oibus dictis & factis suis falsa inferunt, quia falsi & fallaces sunt, nec consueuerūt aliud q̄ ex uero falsū concludere. Vnum hoc haud scio an maximū est hypocritarū uitium immo flagitium, ꝙ omniū mores & facta notant, at se ipos esse sine crimine ostentant, cum sint turpissimi. Vnde risum continere nō possum, cum lego huius simulatoris alphabeticariā propositionē xxi. & sequentē cum suis p̄dicationibus tum equidē istuc os suum impudēs uidisse nimiū uellem, qui fuisset status, cū eaganeo scripserat, ut crimina detestaret quæ ipse q̄tidie cōmittit & cōmiserat. Recte Cicero. Carere debet omni uitio qui in alterū paratus est dicere. Si allegationes Arnoldi doctissim' quisq; acerrimo iudicio examinet, profecto inuenient ingentem numerū & aceruos auctoritatū aliter applicatarū q̄ fuerit intentio auctorū, ita ut etiam nōnihil inquilinū hęresi sequatur, q̄d multo propius est q̄ uicinū. Sed quid ego cuncta reuoluam libellorū suorū' qui tot erroribus & tanta ruditate scateat, ut non sint doctorū auribus aut lectione digni. Vnum hoc pro exemplo ad amussim pensitemus, qm̄ iudæorū genti applicat id q̄d dicunt Moysen scripsisse. Maleficū non patieris uiuere super terram, eo ꝙ iudæi cōmittunt maleficia plurima. hæreses. schismata. blasphemias. Irrisiones christi & ecclesiæ ac scripturæ sacrę peruersas interpretationes. Ideo non patiamur inquit eos in aliquo mūdi angulo superesse. Indigna uox theologi, indigna sacerdotis sanguinē humanū sitientis, uult em̄ omes malefactores hoc uocabulo comphendere, quia maleficia cōmittunt. Sed id nō solum est præter intentionē, uerum etiā contra mentē auctoris & legislatoris, qui sub eodē capite Exodi xxii. multa enumerat maleficia corporis, qb' nō imponit mortē, ut furtum, stuprū, uerbalē maiestatis lęsionem, Et ibi solum magicā & idololatriā plectit morte. Si hoc iste non nouit, stultus doctor est, Si uero nouit & peruertit, criminosus est. Non em̄ maleficus hic omnē malefactorem significat, sed tm̄ facinorosum magū, ut est in lege imperatoris Cōstātini de maleficis. Sic em̄ Moyses loquit. מְכַשֵּׁפָה לֹא תְחַיֶּה id est. Maga non uiuat, in femin'no gne, non dixit malefactrix sed maga, malefica, lamia Non dixit super terrā, ne forte illi uel in aqua cum piscibus, uel in igne cū salamandra degendū sit, hoc illud est q̄d iste applicat ad omes hoies malos, q̄s non uult pati ut uiuant qualicunq; maleficio sint obnoxii. Contra Augustinum ad Donatum scribentē. Ex occasione terribilium iudicum & legum ne æterni supplicii pœnas luant, corrigi eos cupimus, nō necari, nec disciplinam circa eos negligi, nec suppliciis quibus digni sunt coerceri. Sint calumniatores mei quantumcunq; tyranni & crudeles, tū se meminerint sacerdotes esse, ne occidant, & utcunq; doctores etiā dici, ne sacrā scripturā aliter allegent, q̄ spiritus sanctus esflagiter, aut si id per ignorantiā attentauerint, dent laicis q̄q;

in libro Arnoldi

Maleficus

§. de Arnoldi prolixus error

dum vertit Reuchlin Cabb.

aliquid ueniæ, qui talem non sunt professi doctrinã, & patienter festucã meã ferant, si uolunt in oculis suis gestare trabem, Si non timerẽ ꝙ magnitudo libelli nimis excresceret, liquido exponerẽ locos alios, in quibus auctoritates contra intentionẽ auctorũ etiam perniciose aduersarius allegat. Talia enim multa in illo suo reprobatæ lectionis libro continent, ut est illud, Gladiũ furioso de manibus auferri debere, q̃d applicat ad iudæorũ libros, tam ui q̃ dolo auferendos, quos affirmat iudęorũ animas necare, Primũ obtrectator aliter allegat q̃ auctor ille Tullius scripsit, ait em̃ sic offici. iii. Si gladiũ qs apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens, reddere peccatũ sit, non reddere officiũ, ubi de reddendo non de ui auferendo loquit, quanq̃ hic non persto, deinde non solũ citra & præter intentionẽ, sed etiã contra mentẽ & uoluntatem auctoris eandẽ auctoritatẽ citat. Causa em̃ Tullii fuit, ne furiosus in ipa furia per gladium uitam corporis amitteret. Sed Arnoldi causa est, ne iudæi animarũ suarũ uitam per libros hæreticos amittãt. Addit em̃, qm̃ sic animas necant, quia ex his discunt ipsi, & docent uxores suas & proles iugiter blasphemare, hæc ille. Oro te Cæsar interroga eum, nunquid hoc sit uicinũ hęresi, vel interroga proceres tuos illustri doctrina clarissimos, an non est hęresis manifesta, credere iudæũ perfidũ animæ uitam habere, cũ apostolus & euangelista Ioannes in epistola prima decretũ hoc publicauerit. Qui habet filium dei habet uitam, qui non habet filiũ dei, uitã non habet. Et in euangelio eiusdem dixit christus. Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filii hoĩs, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis uitam in uobis. Ergo si dimittãtur uniuersis iudæis omnes libri, non necant animas, neq; suas neq; uxorum neq; prolis, quia omnes eorũ animæ non uiuunt, siue libros habeant, siue careant libris, cõburant omnes eorũ libri, non permanent in uita perfidi iudęi, quia nunq̃ fuerunt in uita, uiuere em̃ christus est, quem nunq̃ receperũt per fidem & baptisma. Quapropter sanctissimę leges imperatorũ tam Theodosii q̃ Valentiniani libros hæreticorũ comburunt, quia extincta super aliq̃ articulo hæretico sacrilega doctrina, possunt credentes eundẽ articulũ abiurare, & per hoc uitam beatã nancisci. At fingamus apud iudæos centũ articulos hæreticos, & cõburant omnes abiurent q̃, nihilominus adhuc non habebũt uitam, adhuc non credunt in filiũ dei, adhuc non coguntur baptizari, adhuc manẽt iudæi. Et hæc uidet occasio fortasse probabilis, quare nusq̃ habeat expressum in sacra scriptura uel in aliq̃ iure aut determinatione ecclesiæ, ꝙ specialiter iudæorũ libri sint comburendi, quantũuis nullos scripserint sic ut sanctus spiritus efflagitat. Quare aduersarius etiam hac abutit contra mentem scribentis auctoritate, cum allegat ꝙ resecandę sint putridę carnes, Quã sententiam transumit in iudæos, cum aperte pateat mens auctoris ꝙ ibi loquat de christianis, eo ꝙ immediate sequit, & scabiosa ouis a caulis repellenda, certum est aũt ꝙ iudęi non sunt de caulis seu ouilibus christianorũ, dicente christo. Habeo alias oues q̃ non sunt de hoc ouili. Vnde allegata auctoritas exẽplum dat de Ario in Alexandria hæretico christiano, non de aliquo iudæo.

Arię iudeoꝝ in uenit

Ita per omnes libellos suos discurrendo pstygiator blactero, quicquid de nostris hæreticis & christianorũ hęresi scriptum est, id totũ ad iudęorũ hæreses solũ modo ad me infamandũ callide retorquet, pter citra & cõtra mentẽ & intẽtionẽ auctorꝫ, despiciens iura, ꝗrũ intentio mens & uolũtas est, ꝙ pœnales constitutiones casum propriũ non excedant, psertim quando uerba legis ut inquit Baldus & Ioannes de Imola sunt adaptata ad certas personas, tunc em non debet trahi lex ad alias, etiam si quis uellet omia in confuso cõmiscere tam titulos q̃ leges fauore religionis, tunc em hoc minime procederet, qm non solum nulla intercederet paritas rationis, sed omis appareret etiã disparitas, hæc aũt ad scholas iurisperitissimorũ doctorũ pertinent latius disputanda, non ad Arnoldi et anilium theosophistarũ detractorũ meorꝫ gurgustiũ, Vnde oritur alia falsa opinio, qua cõuiciator indoctos studet excecare, ꝙ nõ licuerit hanc materiã quam ipse appellat fidei ac morũ, quasi in ciuili casu per iurisperitũ aliquem qualibuscũq; hinc inde allegationibus tractare. Hic peto a tua maiestate Cæsar fortissime triũphator imperii, an per quęstionẽ oibus nobis propositã uolueris disputare de fide? aut quos mores discere a nobis paratus eras? qui uniuersorũ es morum in repu. legifer & arbitrator, nõ quęrebatur an iudęi essent fideles orthodoxi, an crederent nostrã ecclesiam sanctam, non fuit res dubia, quin omes iudęi sint hæretici improprie & lato vocabulo dicti, nihil horum disputandũ erat etiam agricolis notum. Sed an iudęorum libri essent de iure perimendi, & an esset utile ecclesiæ, supposito ꝙ hęretici erronei aut scãdalosi essent, quod cognoscere & si non primo, tm & secũdario canonistis nõ est denegatũ. Aut igit uolebas libros condẽnare, aut condemnatos perimere. Condemnare aũt uel esse cõdemnatũ, legale uerbũ est & iuris officiũ, non theologię psertim iudicialiter. Aliud est em causis terminum imponere, & aliud scripturas sacras diligenter exponere, ut habet in decretis xx. distinctione. Quare liceat aduersariis meis opiniones pro fide catholica uel contra fidem catholicã magistraliter disputare de cathedra, non de tribunali, per argumenta non per mãdata, honeste non cõtumeliose. Quę uero sint lectiones per leges uel canones reprobatæ, seu ad peremptionẽ aut combustionẽ condemnatæ, hoc iurisperitis committit, qui sciunt an & q̃ modo legis generalitas singula specialia sub se complectat. Et an aut quõ pœnæ sint extendendę uel restringendæ, & an aut quando prouisio in materia pœnali concepta in ueram & certã personam, extendat ad repsentatam, habet suos titulos, habent leges & canones de fide catholica, de hæreticis, de iudęis de sanctissimis episcopis, de ecclesiis, & aliis fidem christianã concernẽtibus, Sinat Arnoldus iuriscõsultos etiam aliquid esse in ecclesia, sunt em eo inuito etiã ecclesiastici scriptores & catholici doctores. Accepisti serenissime Cæsar q̃liter trib⁹ catapultis leuissim⁹ ardelio aduersũ me falso licet frustra iaculat, Nunc post falsas opiniones quas imperitis pdicauit sequunt falsę atq; sophisticę argumẽtationes. Nã ut ait S. Hieronymus omilia quarta sup cãtica canticorum, apud imperitos & animales hoies pulchriora uident mendacii so-

gurgustium arnoldi

Quid sunt opinio Iureconsulti Oriel q̃z appellat

phismata q̃ dogmata ueritatis. Sed tanto facilius uincā, quanto puerilius oīa paralogizat, tantoq; breuius absoluendus est nugigerulus, quanto lucidius sua tela præuidi & prudenter caui, prius em̃ fregi singula q̃ hæc ille struereret. Accedit etiam q̃ recte docti eum indoctū logicū iudicāt, tam anilibus uanis debilibus utitur argumentis, in nullo modo, in nulla figura, phreneticorum more, nisi hoc sibi mollis homo in delitiis habeat, q̃ nescio quid nouū in logicis inuenerit, propter q̃d Apollini bouē sacrificet de cornuto quodam syllogismo. Loquit em de me in propositione prima his uerbis. Et ut aliquantulū inquit eū (me notando) fortius stringam, hunc cornutū ei syllogismū ponā. Quę cum legenti mihi dicerent amici, cur tantopere riderē, illis respondi, mirum q̃ non auritū posuerit, ut qui ab asino procederet, totus em̃ mihi nūc videtur cum Luciano in asinū non aureum sed stercorariū uersus, qui ante cerastes esse potuit aut bubalus, sed ut melius intelligatur sophista nosterculus, Nam sine commentariis non intelligit neq; ipse se neq; alius quisq̃, breui auscultā Cæsar. In tuæ maiestatis rep̃enso consilio scripsi me quondā in curia diui patris tui audiuisse a iudęis q̃ extinxerint famosos & nephandos libros Tholduth Iesu Hanozri & Nizahon, diligenterq; prohibuerint inter se, ne ulterius talia scriberent, id aūt fuit semestri ante q̃ serenissimus cæsar Fridericus tertius pater tuus imperator inuictissimus morte uinceret, qui obiit me p̃sente in Lyncea xiiii. kaleñ. septembres, anno M.cccc. lxxxxiii. post ea tpa petenti a me cuidam nobili, quid honeste ac sine scandalo qñq; posset cū suis iudæis colloqui recreationis causa, respondi per epistolā, ut eos interrogaret, quā potissimū ob causam ipsi putarent in tam longa se captiuitate detineri, & ad eam disputationē multa formaui argumenta, hinc inde tam grauia q̃ leuia qualia poteram excogitare, quorū sibi iusserā postulare solutiōes, Inter illa fuit unū, q̃ dei filiū Iesum blasphemarent, & q̃ in tali blasphemia delectarent, vñ posteri fierēt participes priorū, & q̃ id ex cōsuetis p̃cibus eorū atq; libris ut Nizahon & Velamesumadim notari posset. Hæc a me fuit epistola cum talibus obiectionibus & petitionibus, nō aūt determinationibus seu cōclusionibus ullis data anno M.D.V. Audi nunc cū tuis qui in consilio sunt, quō super hac historia instruxerit calūniator suū cornutū ut ait syllogismū, Vult em̃ dicere ut intelligo, si non credidi iudæis mihi dicentibus in curia imperatoris abolitos fuisse hos libros, quare cōsilio inserui. Sin̄ credidi, quare ad nobilem scripsi manifestū esse q̃ tales libros habeant. Hic est ignauissimi pecoris, immo nocentissimi peccatoris cornutus syllogismus, de quo me consolatur diuina uox, Omnia cornua peccatorū confringam, & exaltabunt̃ cornua iusti. Pudet me cæsar coram tua maiestate tam summa, tam augusta, tā abiectis infantiliū neniarum susurris, ex paupere uena miserrimi istius ingenii prorumpentibus uerba facere, quapropter ad eum ipsum qui fœnum in cornu gerit me conuertam. Quę malū ista tua ratiocinatio est? aut q̃d est medium syllogismi quē appellas Arnoldet? credo nec mediū nec extremitates formare noueris, omitto mendaciū tuum, qui manifesti uocabulum nec ore

De epistola ad nobilem

nec calamo protuli, sed huc ad pulpitum. Si dico me ante annos xx credidisse iudæis hęc affirmantibus, et tandē nugis eorum deceptū me sensisse decimo post anno, tum quō syllogizabis? quis erit elenchus? cum tm & tam longū cōtradictioni tuę intercesserit tempus, in quo idē homo posset fuisse cādidus & ater, albus & non albus. Dispereā si ego tot cornua in tuo capite quęsiuissem. At nunc Senecę credam syllogismo licet sophistico. Quod non perdidisti habes, cornua nō perdidisti, ergo cornua habes, forte in similitudinē tauri æthiopici, cuius Pausanias in Bœoticis meminit, unde tibi Sapphus iste conuenient uersiculus, Accedant capiti cornua bacchus eris, immo bacchans, q̄d pecuale atq; propriū tibi est, non bacchus q̄d diuinum aiunt. Bacchātes aūt eos germani uocant, quos galli biianos. Recipe igitur & a me hunc uicissim cornutum syllogismū, tam bonū ac potius meliorem in materia & forma q̄ tuus fuerit. Si ianus est bifrons, & tu es biianus, ergo tu es quadrifrons, & inter bacchantes quadrifrontes perpetuo connumerandus. Bacchantes enim sunt rudes & agrestes literatores, Sed quadrifrontes qui nulla sibi concipiūt ex turpitudine uerecūdiā, & uere tu ex illis es, nam & loquela tua manifestū te facit, qua palam insinuas morēm censoribus neq; pudorē te neq; pudicitiā habere ullam, q̄uis apud ignaros & simplices omnē frontem undiq; ostētes maledicte hypocrita. Nam quid non te pudeat cum calūniando mea, sermonem continuū p̄ter & cōtra intentionē meam aperte diuidas, ut tibi facilior sit cauillandi occasio. Nihil em differt, sic dixerim, duos ego blasphemos eos libros legi, q̄uis affirmarint tales se libros extinxisse, an ordine conuerso sic. Q̄uis affirmarint tales se libros extinxisse, ego legi duos, ut uideas cęsar q̄ta uanitate laboret in re tam ardua uilissimus theosophista, perinde ac si nos nō legerimus Aristotelis organū, non tm latine uerū etiam ut ipse scripsit græce, quo concedatur haud nos ignorare quantū iste calefactor circa syllogismos peccet, tam in materia q̄ in forma. Deinde mihi cum doctis conuenit, q̄ iste in topicis nullus est, uel si aliquis est, omniū theologorū fex & turpitudo est, & ob id ab integris & solidis doctoribus repellendus & respuendus. Faciamus obiter degustationē impudentissimæ ignorantię suæ, tum & neqtię, ut mercatores piper probāt. Emuero dialecticā hanc dissuasionē meam qua scripsi, si thalmud esset comburendus iamdudū combustus esset ante multos annos, quādo patres nostri plus affectionis habuerūt ad fidem nostrā, q̄ nos nūc, cum iste uir acer in p̄elio impugnare uellet, iamq; lacertos exertaret, cęstusq; ponderaret, post rhetoricā declamationē suā me sic philosophice adoritur, Si topicum est, dicat per quem locū. Si dicat (me notādo) q̄ per locum ab auctoritate sumptū ex patribus, Sane iam non topicū erit, quia apud topicos triuiale est, locum ab auctoritate negatiue nihil momenti habere, licet in theologicis nōnunq̄ ualeat, Hęc ille sapiens magisterculus in logica, uel si spernat diminutiuū, sit saltem magistercus, aut per metathesim sterc magis. Q̄ belle triumphat, primo, quia sit locus ab auctoritate qui non possit esse negatiuus, Secundo quia tametsi consueuerit ita in theologia posse argui, tamē

Cornua ar nolō

Barbam biiano

mihi non uelit permittere, tali forta ſſe uenia indigno. Putat me tam deſuetū his quæ quondā pueri didicimus ut ei concedam locum eſſe ab auctoritate, Fuit ne patribus maior auctoritas ante tpa in affectione ad fidem q̄ nunc ſit noſtris patribus, aut quæ requiriť auctoritas ut quis habeat affectionē ad fidem, quid cōmune præſtantia hoīm ſiue auctoritas cum fide habet? Nūqd bubulcus aut opilio tantā fidem habere poteſt quantā in ſumma poteſtate atq; auctoritate conſtitutus? niſi erret in euāgelio, ꝓ de Centurione qui ſub ſe dixit habere milites chriſtus loquiť, nō inueni tantā fidem in iſrael, perinde ac ſi p̄eminētiæ hoīs maieſtate regnantis & magnitudini auctoritatis, fidei q̄q; magnitudinem aſcripſerit, Si tam manifeſte in iſtis puerilibus quę nouiciis nota ſunt errat, quæ tam lōgo ſpacio temporis & tam præmeditato ſtudio cum oīm ſuorum contubernaliū cōſilio & auxilio aduerſus me collegit, quid eum cerebri habere putabimus? quid induſtrię? quid ingenii? Q; ſi eſt iſte ad pugnā electus, ut ipſe aſſerit a collegio theologorū, quales arbitrabimur electores eſſe? q̄ ſciolos, q̄q; rationales, cum talis ſit electus. Niſi cum gloſſa noſtra in libro digeſtorū poſita ſub titulo de origine iuris in lege ſecunda de Romanis, qui diſputaturi olim cum græcis, ſtultū quendā elegerunt ad diſputandum cū greco, ut ſi perderet, tm̄ derīſio eſſet, & reliqua, ſimili uſu p̄cogitata fraude hūc ſtultū elegerint, ut ſi manifeſtaret ex operibus & uerbis ſuis ꝓ eſſet malus logicus, peior philoſophus, peſſimus theologus, conuerteret in riſum, dicendo, Facile potuit ſtultus ſuperari, nobis aūt Coloniēſibus theologis non erit dedecus, ſed ſtulto. Ego uero propter reuerentiā facultatis collegii & ordinis, agam cum eo tanq; reuera eſſet aliquantum licet non nimis ſapiens, & ſi patiatur, docebo eū non eſſe ab auctoritate ſed locū a maiore, q̄ p̄cedit negatiue, qm̄ eius eſt maxima propoſitio. Si id q̄d magis uideť ineſſe non ineſt, nec id q̄d min' ineſſe uidebitur inerit. De p̄deceſſoribus em̄ noſtris ante multos annos ſcriptum eſt, ſancti per fidem uicerūt regna. De nobis aūt ꝓ in nouiſſimis diebus inſtabunt tpa periculoſa, & erunt hoīes ſe ipſos amātes cupidi. elati. ſuperbi. blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati. ſceleſti. ſine affectione. ſine pace, & reliqua. Concludendo ſic habentes ſpeciē quidem pietatis, uirtutē aūt eius abnegantes. O ſancte Paule propheta ueriſſime q̄q; clare uidiſti theoſophiſtas in ſpiritu. Eſſet facile cudendū uolumen integrū de fatuo ſenſu iſtius magiſtri, quo nihil guſtare uel in logicis offenderetur, ut eſt hoc etiam obiectum mihi ab eo argumentum. Naturaliter credibile eſt iudæos feciſſe quicquid potuerunt excogitare, ꝓ eorum doctrina a ſuis non contēneret, ergo naturale eſt quibuſcūq; modis paternas eos traditiones defendere, Principio, nō contentus tribus terminis ſed & quattuor aut quinq; ſyllogizat. Deinde puer ego ſæpe ferulā lachrymans paſſus ſum bb tam puerilis ſolutionis ignorantiā, cum argueret naturaliter credibile eſt lapidē moueri ſurſum, ergo naturale eſt lapidē moueri ſurſum, et ſic de ſimilibus, q̄ indeſinenter paralogizat, ut, non habeo intelligentiā in thalmud niſi ex noſtris libellis, ergo nō habeo intelligentiā in thalmud penitus & ſimpliciter. Sic thal

mud nobis & nostris seruandus est, ergo thalmud penitus simpliciter & libe
re seruandus est. Similiter illud. Credo iudeos hoc dicere, ergo credo illud ue
rum esse qd cũq; dicũt, Item illud. Non credo hoc ineptũ ut tu dicis, ergo nõ
credo hoc ineptum. Quis hanc fallaciam non nouit? non credo mundũ cœ-
pisse ut Plato dicit, ergo non credo mundũ cœpisse. Est em uerũ q̃ credo mũ-
dum cœpisse ut Moyses dicit, non aũt ut Plato dicit. Sic posset aliquis credere
aliquẽ thalmud non esse ineptum ut Pepericornus dicit, & simul tñ credere
aliquem thalmud esse ineptum aliq̃ modo. Item quãuis pernicioſe mentiat
Arnoldus me dixisse non esse credendũ nostris scriptoribus, tñ hoc argumẽ
tum etiam non ualet, huic non est credendũ ut testi, ergo huic non est creden
dum. Item nõ ualet. Ad condemnandũ aliquem ad ignem uel combustionẽ
scripta istius testis me non mouent, ergo uolo q̃ isti testi simpliciter & peni-
tus nunq̃ sit credendũ. Dicit em lex. Non testimoniis sed testibus crimina sũt
probanda. Hoc tacere non possum, q̃ tam egregius rector bursæ Colonien
sis tam rustice perplexe ignauiter argumentũ ad formã redigat in propositi
one xxx. qui antea oẽm formam fugerat, sed hoc putat se uenari posse, licet
spes eũ fallat, q̃ in minore fatear hæresim, & deinde hęresim concludã, & ait
his uerbis. Quicũq; habet ius faciendi aliquid, potest illud facere sibi in bonũ
q̃uis alteri sit ingratum, & tñ non facit contra alium, nec potest ille iure cul-
pare aut ęgre ex ipso id animo accipere. Sed iudęi habent ius sic faciendi thal
mud uti factus est sibi in bonum q̃uis deo & sanctis ac nobis sit ingratus, nõ
tñ fecerũt cõtra nos, nec possumus iure eos culpare aut id ęgro aut malo ex
eis animo factum accipere, Hoc argumẽtum qd a me ipso mẽdicauit, & ego
illud in declaratione meã uulgari. §. z8. antea solui, non nouit miser philoso-
phaster ad formã redigere. Ita em inter sentes & uepres hæret cornibus, vt
cum Hieronymo cõtra Iouinianũ scribẽte possim dicere, Vbi spiritus legẽ-
do deficit ibi distinctio est. Appellas tu id Arnolde formã syllogisticã? erue
oculos p̃ceptori qui te tam indoctũ reddidit. Tamen noli desperare, ego do-
cebo te, tu imitare Aristotelẽ, at heu quomodo potis es? qui eum non intelli
gas, quantũuis profitearis. Aduerte tñ & ausculta. Sint A. B. C. syllogismus.
A potentes facere absq; iniuria. B habentes ius faciendi. C iudęi faciẽtes thal
mud ut nunc est. Da Cæsar ueniam ineptitudini, oportet ita loqui cum istis
nasturciis, nam ut Picus comes tuus Mirandulanus ait. Balbi nõ nisi balbos
intelligunt. Fiet itaq; syllogismus. Omne B. est A, id est omnes habentes ius
faciẽdi sunt potentes facere absq; iniuria, & C. est B. id est iudæi faciẽtes thal
mud ut nunc est, sunt habentes ius faciendi, ergo C. est A. id est iudęi faciẽtes
thalmud ut nunc est sunt potẽtes facere absq; iniuria, Hanc redactionem in
formã syllogisticam poterunt melius intelligere discipuli tui, si nõ eos dimi-
dio feceris stultiores q̃ acceperis. Es em magister ignorantię, qui q̃tannis acce
pta ingenti pecunia nescire doces, sed nõ ut Socrates. Hoc itaq; argumentũ
Darii est, non illius Persarũ regis, sed tui similium. Maiorem, omẽ B. est A. di
cis iuridicam, concedo, Minorẽ. C. est. B. dicis hæreticã, nego, qm̃ ad eius ve
ritatem quę indefinita est sufficit q̃ aliquid sit qd dicat thalmud ut ipsum nũc

est, cuius iudæi habeant ius faciendi, ut est Sepher zeraim id est liber seminũ
q̃ volumina sunt mere medicinalia, similiter x. xx. xxx. uel plures alii alia
rum facultatũ aut historiarũ, qui pari modo dicuntur thalmud singulariter,
in quibus nulla fortasse continet hæresis non tolerata neq; blasphemia, neq;
infamia, neq; magica, quapropter eorũ habent faciendi ius ad minus toleratiæ
ac simplicis permissionis, quia tolerant in perfidia, & per cõsequẽs in his
quibus perfidiam suam manutenent & exercent, propter quæ puniendi nõ
sunt, primo permisso tanq̃ principali. Diuiditur denicq; thalmud in quattuor
facultates superiores ut dictum est a me in consilio, Et collectionẽ librorum
thalmud dicunt maiorem esse triginta bibliis, sed de quolibet eorũ librorũ se
parabiliũ dicitur, hoc est thalmud ut nunc est, & hoc est thalmud ut nũc est.
Sicut Socrates est homo ut nunc est, & Plato est homo ut nunc est. Nunq̃ aũt
& nusquã quisquã ex me audiuit, ꝙ affirmauerim loquendo uel scribendo
iudęos habuisse ius faciendi omnes & singulos libros thalmudicos, quinimo
dixi contrariũ, scilicet de blasphemis & contumeliosis in prima determinati-
one consilii, & de magicis in ultima. Cęterũ qualis ne reputandus est ille logi
cus siue logisticus, qui naturam oppositorum nõ intelligit, ait em̃ illas duas
propositiones esse ita oppositas ꝙ simul stare non possint, Vnam. Multos li-
bros legi & nullam in eis contumeliã scriptam inueni. Alteram, Multæ sunt
in libris iudæorũ blasphemiæ & hęreses contentæ. Et quanq̃ hoc modo non
scripsi, tm̃ miror ꝙ has simul esse ueras dicit impossibile. Quo clarescit apte
Arnoldũ nõ esse philosophũ neq; theologiæ doctorẽ, nisi sit doctor creatus
ex nihilo, solent em̃ qm̃q; creari doctores. Quare noli Cæsar in hoc homine
aliquid sperare q̃d sit firmum, constans. uirile. theologo uel saltẽ philosopho
dignum, Nihil in eo inuenies, nisi molle. effœminatũ. puerile. senticosum. hęsi
tãs atq; dubium, tam uecors est lepus, nihil ferme arguit de quo assertiue au
deat dicere A est B. sed sicut simia poscenti prębet manũ & retrahit cum for
midine, qm̃ semp intendit fallsum in mente. Quare oia pene argumenta sua
incipit per uerba eiuscemodi, ut uidetur, uisus est, suspect' uideri potest, forte
diuinatur. apparet, ego puto. uelle uidetur, hæc dicta hæresim sapere uident.
quantũ ego coniicio, hoc uel illud esset impertinẽs, apparet hic impertinẽter
allegare, cum tm̃ in tuo fuerit arbitrio Cæsar collocatum, quid te moueret ut
pertinens uel impertinens tanquã iudicis non partis. Per totum aũt famosũ
libellũ suum fere nihil audet iste quasarius opponere aut arguere, nisi per hãc
dictionem indeclinabilẽ quasi, quasi, quasi, somniatoris instar, ut quasi uelit
hoc innuere, quasi vellet dicere, quasi in materia ciuili, quasi nulla deberet es
se cura pro alio, Significat aũt hæc dictiuncula quasi aliqualẽ similitudinem,
sed simile non est idem, qm̃ nihil est tam alterum q̃ simile. Ideo apud grãma-
ticos est nota incertitudinis, ut. i. Regũ ix. Erant em̃ quasi xxx. uiri, q̃d signifi
cat incertum fuisse numerũ. Quare ad eam particulã affirmatio sequitur &
negatio, ut cum legitur. i. Paralip. xvii. Feciq; tibi nomẽ quasi unius magno
rum, fuit em̃ reuera unus magnorũ, Et psal. xxxiiii. quasi lugens & cõtristat',

Talmud

Cæsar doctores

In arnold

Non arnold

Quasi

sic humiliabar, fuit em̃ reuera contristatus, Et in euangelio Ioannis, gloriam quasi unigeniti a patre, fuit em̃ reuera unigenit⁹ a patre. Negatiue sic, Iob xv Nunquid sapiens respondebit quasi in uentũ loquens? nam reuera non erit in uentum loquens. Et Hieremię xlviii, Fuit in derisum tibi israel, quasi inter fures reperisses eum, nam reuera non reperisti eum inter fures. Cũ igitur dicat iste theologista, quasi hoc uellem dicere, nõ propterea debet continuo syllogizare ꝙ reuera dicere uoluerim, qm̃ fortasse non uolui hoc dicere, sicut & sępe uoluntatẽ contrariã in mea declaratione legit, Sic contra ubi dicit quasi nulla deberet esse cura pro aliquo, non debet mox syllogisare ꝙ uoluerim nullam esse curam pro altero, cum eius contrariũ inueniat in declarationib⁹ meis, ꝙ debeat alterius pro altero cura esse suo modo limitata. Valeat igitur iste quasarius cum suis quasalitatibus in malã crucem, aduersus quem spero cunctos præstantes & ueros theologos indignari tanquã contra inhonestissimum quasariũ & contra suas latrunculas quasalitates. Nunc maxime uellẽ sacratissime imperator parum q̃d adhuc reliqui est nephariorũ scelerũ hoĩ perditissimi & de salute sua desperati huius Arnoldi attente et cum singulari erga me clementia indefesse audires. Non em̃ satis turpe sibi duxit, in euidẽti calumnia deprehensum se, iniuriarũ & famosi libelli condemnatione notari, q̃d quanto illi probro futurũ sit omẽs norunt. Verum etiã adhuc in me diffamãdo capitale iudiciorũ publicorum aliud horrendũ & abominabile crimẽ falsi admisit Vulcano sacrãdũ. Qua in causa quo me uertam cæsar inclyte? q̃s implorẽ? ordinariũ ne suũ? at falsarius Arnoldus cõfidentia clericat⁹ & sacerdotii in tanto facinore & tã crudeli scelere spem sibi impunitatis concepit. An collegiũ facultatis suæ? sed ipsa sibi facultas hunc falsariũ se iactante & gloriante non tm̃ ad hanc prouinciã subeundã elegit, sed etiam negociũ hoc illi demandauit, & perficere ac perpetrare coegit. Tantis suffragiis sociorum, tanta Coloniensiũ ut audio familiaritate stipatus, tanto scholasticorum fauore accẽsus, & simul præiudicio singularis Agrippinorũ inuidiæ, ac odii popularis per eum sinistra machinatione iam toto biennio aduersum me cõflati munitus, & ut sibi uidet securus, omnem ordinẽ iudiciorũ phas & iura contumaciter despicabit & cõtemnet, Igitur in te unum spem adiutorii & cõsolationis fixi & locaui, ut tam immani detractoris & calũniatoris mei compertẽ flagicio, me innocentẽ falso circumuentũ, tandem aliq̃n integrę famę nominisq̃ boni uirũ declares. Vt aũt in limine primo indomitã & effrenatã istius conuiciatoris audaciã & impudentiã incredibilẽ præter hunc unum in omni scholastico hoĩe inauditam accipias et agnoscas, cum ei ad nihil nisi ad oppressionẽ quęrebar, haud parum multa se obtulerunt, quibus cogitare poterat ob uitam meã usq̃ huc integerrime peractã nõ facile labefactari famã meam, & bonam tam in diuinis q̃ humanis rebus existimationẽ, quare formidandũ ei recte putabat ut nũc sunt penes nos iuniorũ & perspicaciũ athletarum studia, fore multos Colonienſibus theologistis doctiores in aliorũ uniuersitatibus gymnasiorũ, qui purpurissatas argumentationes et uanos abor

Crimẽ falsi

tiuosq; syllogismos & susurra quibus exurdant aures & prestygia quibus eluscantur oculi pure clare luminose internoscerent. Ne conatus scholastice disputando frangerentur, cœpit consilii mei sacratissimæ tuæ maiestati a me obediẽter expositi chirographũ, eiusq; librum chalcographice tibi editũ pticulariter ĩmutare. amouere, celare, delere, interlere, recitare dolo malo, ut ueritas apparere nõ possit, & ita pfecto falsi crimine in perniciẽ et destructionem boni nominis, dignæ existimationis & integrę famę meæ capitalia illi scripturę puncta, quibus totius causæ fundamentũ & status quiescit, falsauit multis in locis, maxime illustribus & perspectis, quę ordine uideamus, Principio qui sũt nerui causę nostrę de thalmud iudæorũ maxime accusor apud omnes ab aduersario, q̃ illum de meo consilio indistincte uoluerim cõseruare, ad hoc ostendendum omnes dies noctes somnos & uigilias suas & suorũ cõtubernaliũ accõmodauit, & quicquid unquã didicisse uideẽ. Addit illud etiam, q̃ si in mea cõsultatione imperatoriæ maiestati respondẽs distincte sic expressissem, q̃ plurima me nota leuassem, & hoc modo per oĩa sua opuscula scribit, p̃dicat, suggerit me thalmud indistincte cõmendare, laudare, defendere et conseruare, in quo de fautoria iudæorũ me notat cum ingenti uitupe rio. Sed illud quo tpe adhuc in lingua germanica per interpositã Pepericorni personã mecum agebat, semper atq; constanter negaui, simul contra ostendẽs & in summario speculi ocularis & in declaratione uulgari & in disputatis, distincte me locutũ esse & non indistincte. Nunc aũt quom sibi proposuerunt mihi latine pariter iniuriari, tum illorũ de mea patientia & humilitate spes audaciã sceleri p̃stitit, & confidentiã impunitatis auxit latina eorũ interpretatio, per quam non sine irrefragabili putarent licẽtia scribere, q̃ quicquid malignandi suaserit libido. Quare constituerunt ex meo consilio portiunculas excerpere, quas uiderent ad odium mei concitandũ aptiores, ut solet nõ missura cutem nisi plena cruoris hirudo, quã appellant sanguisugã, ea enim semper deteriorẽ elicit sanguinẽ relicto meliore. Sic aranea florũ sucos meliores apibus permittit, peiores ipa colligit, ex quibus uenenũ coquat. Nõ fuit tam iniqua consuetudo maioribus nostris illis ueris et uere sanctis theologis dantibus bene agẽdi exẽplũ posteritati, oĩbusq; his qui tã honorabile nomẽ theologię sibi non in uanũ usurpãt, illi nanq; librũ aliquẽ reprehensuri totũ interserebant de uerbo ad uerbũ sermonis cõtextũ, nihil relinquẽtes, ut ab omi etiã specie mali abstinuisse probarent, quẽ admodũ Origenes cõtra Celsi libros & aduersũ Iuliani beatus Cyrillus Alexãdrię archepiscopus qui sic ait. Διελόντες τοίνυν ἐν τάξει, τὴν πρεσβυτέρα τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον τὰς ἐν αὐτῷ διανοίας συμενεγκόντες κατ' εἶδος, οὐχ' ἑκάστη πολλάκις ἀποχρῶντως δὲ ἅπαξ καὶ ἐμτέχνως ἀπαντήσομεν. id est. Digerentes itaq; in ordine decentiori eum qui ab ipso est librũ, & ipsas in eo sentẽtias cõferentes iuxta formã, non unicuiq; sæpius, sufficiẽter aũt semel & artificiose obuiabimus. Vnde iam cognoscit qua norma uir bonus grauis & honestus

fol parui libr. Knöpflin

librum indignũ rite possit impugnare, distinguẽdo uide licet totum librum auctoris non particulas quaslibet decerpẽdo, & ordine, non intrichate, & simul collationando, sententiã referendo, sententiæ, non uerba inquit sed sentẽtias & mẽtem intentã, ea em̃ per διανοίας hic significat, & κατ' εἶδος id est secundũ formã aut speciem, sic specifice ac formaliter ut iacent, nihil interpretando aliter q̃ scribitur. Hęc est doctrina christianorũ & sancti spiritus. Alia est doctrina diabologorũ & maligni spiritus, qua matrem humani generis Heuam seduxit primus falsarius, qua multos quoq; post eam ad casum inuitauit, addendo. minuendo. immutando perniciose aliter quã uerba fuerunt prolata. Diabolus em̃ præceptor & magister oim̃ falsariorũ ad Heuam ita locutus est. Cur præcepit uobis deus ut non comederetis ex omni ligno paradisi. Erant uero dei uerba præcipiẽtis ad unũ Adam prolata, priusq̃ Heua fieret, cui prohibuit deus solum lignum scientiæ boni & mali. Diabolus aũt uolẽs decipere sophistico more per cornutum Arnoldinũ syllogismum, immutans uerba dei ex numero singulari fecit pluralẽ, dicente deo de ligno scientię boni & mali ne comedas. Recitauit diabolus. Cur p̃cepit uobis deus ne comederetis ex omni ligno paradisi, per quã lectionẽ reddidit discipulã docilem, sicut aduersarii mei docibiles diabolo facti sunt. Respondens aũt Heua dixit. De fructu lignorũ quæ sunt in paradiso uescimur, quo se fallacias ostẽdit præceptoris sui agnoscere, quem in exordio mentitũ esse deprehẽdebat Sed ut eruditior magistro suo appareret, alia quoq; ipsa diabolice, non dicta dictis addidit. De fructu inquit ligni quod est in medio paradisi (simulans se nomen arboris ignorare) præcepit nobis deus ne comederemus & ne tangeremus illud ne forte moriamur. Æqualis iam magistro qui dixit uobis, & illa, nobis, respondit & ne comederemus, sed in imitatione agilior quoq; ut forte putabat magistro, addidit totum hunc sermonem. Et ne tangeremus illud, iuncto aduerbio dubitandi ne forte moriamur. Hoc est gymnasiũ Satanę, tales facit discipulos diabolus. Et qui suo isto dogmate parauit lapsum, uoluit eodẽ restaurandi parare impedimentũ. Eisdẽ em̃ apparẽtibus elẽchis usus est tentãdo Iesum cupiens scire an esset christus. Nam sic ei diabolus dolo malo scripturas detruncando. minuendo. uariando recitauit, & scriptum est em̃ ait, quia angelis suis mandauit de te et in manibus tollent te, ne forte ad lap̃idem offendas pedem tuum. Super quo S. Hieronymus ita scribit, diabolus nihil amplius dixit nisi hoc q̃ angelis suis mandauit de te, ut in manibus portent te, ne forte ad lapidem offendas pedem tuũ. Mediam partem dimisit. Sic em̃ dicitur, q̃m̃ angelis suis mãdauit de te, ut custodiant te in oĩbus uiis tuis. Hoc non dixit ut custodiant te. Sciebat em̃ contra se esse. Idem Hieronymus. Matthæi quarto super eodem ait. De angelorum auxilio quasi ad infirmum loquitur, de sua cõculcatione quasi tergiuersator tacet. Audiuisti Cæsar scholam diaboli, audias oro & scholasticos tartari & discipulos inferni. Sed paulo ante tamen q̃d actum sit perpende. Quæsiuisti a me an omnes libri iudęorum præter bibliam sint perimendi. Ad quod post uarias librorũ

partitiones respondi teutonice sub hac uerborum forma. Nunc aūt ueniēdo ad ipsam quæstionē dico sic, apud quēcunq; iudæum inuenit aliquis talis liber qui expressis uerbis simpliciter & plane ad infamiam, blasphemiā, scādalum & irreuerētiam dño deo nostro Iesu, suæ dignissimę matri, sanctis, Aut christianę constitutioni seu ordinationi editus esset, ille posset imperiali mandato eis tolli & comburi, & iudæus ille puniri, ꝙ ipsemet talē non lacerasset combussisset aut suppressisset. Iam omēs uidēt ꝙ hanc generalē sententiam meam expressis uerbis ad generalē maiestatis tuæ quæstionē pronunciauiq; tuli, uident & audiunt me præmisisse hanc clausulā, ꝙ ea dicam nunc ueniendo ad quęstionē tuam. Sed aduersarius ut uerū non appareret ipse huius determinationis meæ principiū dolo malo amputauit. celauit, surripuit articulando secundā propositionē quam rephendere intendebat sine capite hoc modo. Apud quēcunq; iudæū scienter inuenireť aliquis talis liber & cętera, ut per hoc licentius mentiatur ea uerba iam lecta continuari tm̄ ad ultimum ordinem librorū in septenaria partitione mea comprehensorū. Hoc totū fundamentū est criminatoris, ut dicat ꝙ determinando a nouissimis septimi ordinis libris ordiar, uolens ꝙ hæc determinatio mea generalis iam exposita restringať solūmodo ad nouissimos libros septimi ordinis. Fecissem igitur orōnem perpetuam & non disiunctā, continuā & non discretā, non interseruissem ponendo inter ultimū librorū ordinem & principiū decisionis meæ historiam de rebus ante annos xx. gestis. Frustra eiꝰ decisionis caput tam egregio & ingenti charactere notassem ut oculis patet, frustra punctū euidētem pfixissem, frustra inter historiæ de curia imperiali recitatę finem & determinationis meæ principiū, terminale spacium alias incōsuetū dimisissem. Quæ omnia etiā rudibus signum pmonstrant alterius cuiusdam distincti & nō pendentis a proximo sermonis. Accedit & illud ꝙ falsarius ut uerū non apparet detruncauit, abscidit & occultauit introitum relatiuū quæstionis generaliter factę ubi pfatus sū. Nūc aūt ueniendo ad ipsam quęstionē, q̄d uocabulū nunc, apud omnes consueuit esse signū initii non depēdentis, quinimmo fere semper nouū inchoat capitulū tam in græcis q̄ in latinis scriptoribus. Aristoteles in vii, metaphysicę νῦν δὲ λέγωμεν id est. Nunc aūt dicamus. Lactantius diuina, institu. vii. Nūc ignaros ueritatis instruamus, & eiusdē de opificio dei. Nunc rationē totius hoīs ostendam, ubi semper magna capita sic incipiunt. Et nunq; talis modus dicēdi significat restrictā condependentiā, pśertim quando addit cōiunctio. aūt. aduersatiua particula ut hic, Dixi ueniendo scilicet non proximis immorando, dixi ad ipsam, nō referens me ad aliud qcq̄ nisi ad ipsammet gnaliter motam quæstionē, dixi quæstionē quę uniuersaliter proponebať ad quam uniuersalē dedi responsionem. Hęc omnia falsarius dolo malo omisit, detruncauit, abstulit, celauit. Non igitur potest intelligi ꝙ hanc uniuersalem & gnalem determinationē de oībus libris apud quēcūq; iudæum reptis blasphemis & iniuriosis positam solūmodo restrinxerim ad ultimi ordinis q̄sdam particulares libellos, quin immo nisi mirificā cecitatem

suspicio auri iudaici

in aduersariis suspicio auri iudaici & odiũ inuidiaq; peperisset, uideret eis ne
cessario iste intellectus esse circa omnes iudeorũ libros cuiuscunq; conditio
nis facultatis aut ordinis fuerint, & alium intellectũ pati non posse, quod me
ridiana luce clarius ex consilii respõsione ad argumentũ secundũ uerba mea
expresse patefaciunt. Fuit em̃ in uestibulo & ianua consultationis meæ ante
omnem distinctionẽ aut ordinẽ in genere ad quæstionẽ ipsam de libris iudę
orum in prima charta hoc obiectũ argumentũ. Q; blasphemant Iesum Ma
riam & apostolos, etiã nos & christianã ordinationẽ. Ad hoc argumentũ in
fine consultationis post omnem determinationẽ meã sic respondi, Hoc esset
efficax argumentũ, & propterea ego super talibus libris ubicũq; inuenirent
meam condemnationẽ in principio posui, hæc fuerunt uerba mea. Nunquid
clare inde constat q̃ condemnationẽ meam sine aliqua restrictione gn̄aliter
ad om̃ia uolumina intenderim referre, q̃ essent iniuriosa & blasphema. Q m̃
igitur omnes & singuli blasphemiæ libri uniuersaliter sunt a me condẽnati,
sequitur q̃ si inuenianẽ aliqui thalmudici libri esse blasphemi, aut contra ec
clesię ordinationẽ hæretici, q̃ eosdem cõdemnauerim. Nam hæresis sub blas
phemia comprehendit, eo q̃ secundũ S. Hieronymũ in omilia quarta super
cantica. Hęretici non dogmata ueritatis sed blasphemias in deũ & iniquitatẽ
in excelsum loquunt. Ergo cum in principio separaui omnes blasphemos &
hæreticos iudæorũ libros ab aliis non hęreticis neq; blasphemis, per iudiciũ
cõdemnatoriũ ad perimendũ seu comburendũ igne. Qua temeritate audet
falsarius scribere? q̃ thalmud hæresim continentẽ indistincte uoluerim con
seruare, diaboli mendacis ipse mendacissimus discipulus, quẽ nulla retrahit a
tanto fam̃icidio uerecundia, cum legerit q̃q; & secum legerint fere mille ho
mines, me thalmud sæpe distinxisse, primo in quattuor facultates superiores
theologiã leges canones & medicinam. Deinde secũdaria diuisione distinxi
eadem charta facie altera thalmud in blasphemias, seu hæreses ex una, & fa
tuitates atq; stulticias ex altera partibus. Subiungens me non posse talia ostẽ
dere in locis propriis, quia thalmudista nũq̃ fuerim, sed quæ cognouerim ex
nostris ea referam, ut legit in Fortalicio fidei libro tertio cõsyderatione octa
ua & ante, ubi ea quæ iudæi contra nostrã fidẽ dicunt, ipse auctor quisqs fuit
nominat cecitates, falsa mendacia & crudelitates. Ea aũt quæ cõtra legẽ na
turæ ac morũ, contra charitatẽ & legem Mosaicã dicunt aut scribunt, appel
lat idem fatuitates aut stulticias, nominans eos amentes & insanos, sic faciũt
& alii multi de nostris q̃s ego secutus & alios quoq; hebręorũ libros imitat,
dixi me posse credere multa eorũ similia inueniri in thalmud, qualia olim
contra dn̄m nostrum & eius amicos sæpe in p̃sentia sua locuti sint, citando
blasphemias quas in euangelica historia legimus, qua in re ut in oĩbus mihi
aduersaret, & a planta pedis usq; ad uerticẽ non esset in me ab eo permissa sa
nitas, etiam historias ueras redarguit, & quarũ oino haud potest inficias ire,
dicit sic. Esto q̃ iudæi id dicerent, debebat doctor iste continuisse ambas au
res suas, cum multa digressione rhetorica, & demosthenico inuehendi appa

ratu quasi non & turpiora in libris Pepericorni sui scripta legat, & nefandi-
ora de iudæis cum ueritate in q̃tidianis sermonibus prædicent & prædicari
debeant in ecclesia, qm̃ euangelica ueritas scandalũ non parit in cordibus or
thodoxorũ, quam christus iussit prędicare super tecta. Sed illas blasphemias
iste quasarius cũ suis quasalitatib⁹ mihi ip̃i quasi attribuere uidet, asserẽs eas
se nunq̃ in euangelio legisse, q̃d ualde credo, quia sophista euangelicę non stu
det historiæ, sed apparentiæ tm̃ redargutionũ. Vnde iterũ applicat dorsum
suũ ad mendacia, plurimũ disputans de seruato iuris ordine ac legum respe
ctu, quem ego nunq̃ dixi esse seruatũ, & ne uerbum quidẽ feci, neq; de legib⁹
neq; de ordine iuris. Sed audi cęsar alterũ locum in q̃ scriptura mea est ab isto
Coloniensiũ mãdatario falsata, nam ut illud iam dictũ mendaciũ coloraret,
uerba ipsa quę scripsi q̃ iudæi de christo ita dicerent, Des sie dañ mit im ge-
rechtet haben, de germanico in latinũ false transtulit sic, super quibus etiam
ipsi eum iure conuenissent, ut per hanc immutationẽ posset me postulare ꝑsi
diæ, q̃ iuris fecerim mẽtionẽ, & super hoc uerbo iure, longã scripsit & emen
titam inuectiuã, erat aũt secundũ proprietatẽ linguæ nostrę germanicæ de
uerbo ad uerbum ita transferendũ, super quo tum ipsi cum eo iudicio cõten
derũt, Nam hoc uerbũ teutonicũ. rechten. ꝛgnificat in iudicio cõtendere siue
agere, non consyderato uel iure uel iniuria, quicquid em̃ cum altero corã tri
bunali agitur, in alemanico rechten dicitur. Aliud est nomen recht, q̃d ius si-
gnificat, sed uerbo actiuo sum usus non noẽ. Alteram falsitatẽ commisit in
eadem propositione quinta, uolens em̃ mihi conflare acerbissimũ odiũ, dixit
me grauissimas blasphemias in christũ expressisse sine ulla diuinę maiestatis
habita reuerentia, quapropter omisit istud erga parentẽ pium filicrũ uerbũ,
q̃d ob reuerẽtiam diuinę maiestatis ut debui dño nostro Iesu christo exhibui
scilicet dilectũ seu amabilem. Sic em̃ sonat in alemãnico, widervnsern lieben
herrn Iesum, id est contra nostrũ dilectum seu amabilem dñm Iesum, q̃d tm̃
uelut per se inexistens theologi plusq̃ in mille locis non addunt, & frequẽter
euãgelia de Iesu sine honoris p̃fatione loquũtur. Quãdo em̃ fidelis fideli scri
bit talibus exornationibus opus non est. Memento hic Cæsar q̃ euidẽtia ue
ritatis cogẽte, confiteat grauissimas blasphemias in christũ me hic expressisse,
quas aut quarum similes credam in thalmud inueniri posse, quo facili⁹ agno
scas detestanda sua mendacia, quibus sæpe dicit me laudare thalmud, quẽ a
turpitudine hæresi blasphemia & falso excusare & honestare coner. Contra
rius igitur sibimetipsi est, & pugnantia asserit, tanto & tam intolerabili cõtra
me furore commotus, ut sua mendacia rebus ueris applicare nõ possit, q̃d tm̃
omniũ est deceptorũ singulare studiũ, licet tanq̃ alter Proteus nunc in aquã
nũc in ignẽ labat, & sicut anguis in gramine repens, & uulpes cauda quantũ
ualet sua uestigia subigens, ait q̃ nũc iudæi has blasphemias quasi a me exco
gitatas sint audituri. Miser sycophanta putat iudæos euangeliũ nostrũ non
etiã in hebraico tenere translatũ, & nõ legisse in angulis q̃d nos p̃dicamus su
per tecta. Scripsi scilicet talia, non idem sed talia iudæos scribere posse qualia

in euangeliis legimus dixisse. Non scripsi eos iustam mortis sententiam obtinuisse, Mentitur falsarius nebulo, sed iudeos scripsi dicere ꝙ corã imperiali iudice sententiã contra christũ obtinuerint. Quod duabus de causis reprobat theologista. Primo qm̃ nullibi euangeliũ exprimit, tanq̃ contra iudæos hæc dicẽtes pugnaturus de euãgelio, q̃uis & in hoc mentiat, q̃d & Lucas testat, & prima Petri secundo, tradebat aũt iudicanti se iniuste, sed desperans de salute sua Arnoldus omnia audet mẽtiri & peruertere. Nihilominus ut apertissime pateat eum non esse theologũ, quia ueros theologos non legit sed solũ sua parua logicalia. Produco in palæstrã S. Hieronymũ Matthæi xxvii. supꝑ uerbo, tunc dicit illi Pilatus, ubi sic scribit, Ethnicus quidem est qui condẽnat Iesum sed causam refert in populũ iudæorũ, & infra. Sed sciendũ est romanis ꝛa legibus ministrasse, quib⁹ sancitũ est ut qui crucifigitur, prius flagellis uerberetur, hęc ille. Secundo repugnat detractor, quia dicit conuersos suos palã testificari ꝙ hæc & talia nunq̃ audiuerint in iudaismo existentes. Equidẽ testibus illis interrogatoria non dedi, nec possum scire quid audiuerint aut legerint, simul quoq; suspicor Arnoldũ propter consuetudinẽ mentiendi etiã in hoc loco de suis conuersis esse mentitũ, ꝙ si aliqñ tamen (dei gratia) uix semel uera dixerit, certe ignaros & imperitos lectionũ hebraicarũ esse suos cõuersos putandũ est, qui non legerunt iudæi, q̃d ego christianus legi, quõ igit ꝑ tales & tã ignaros uoluisset inqrere iudæos de ipsorũ libris hebraicis? nisi calũniose ut solet oĩa. Ego uero me ipsũ ꝓfiteor hæc legisse in libris & scripturis iudæorum, ut in libro Nizahon capite ducentesimo nono, ubi sic scribit,

אַר רַעוּ כִּי מְכַשֵּׁף הָיָה וְכָל נִפְלְאוֹתָיו הָיוּ בִּישׁוּת עַל כֵּן גְּזַרוּ לְמִיתָה

בְּרִיוּ וּבְמִשְׁפַּט בַּאֲשֶׁר צִוָּנוּ אֱלֹהֵינוּ id est, Verũtamen nouerunt ꝙ maleficus magus fuit & omnia miracula eius fuerunt uenefiçiũ, propterea sententiatus est ad mortem per ius & per iudiçiũ, sicut præcepit nobis deus noster. Aut igitur ipse Arnoldus iterum mentitus est, aut conuersi sui aduersũ me sunt mentiti, aut utriq; temerarii odio & liuore in meã infamiam cõuersi sunt uel peruersi potius. Q̃ aũt accusauerint eũ de usurpando regno patet Lucæ xxiii. hunc inuenimus subuertentẽ gentem nostrã & prohibentẽ tributa dare cæsari, & dicentẽ se christum regem esse. Cęterum ne uiderer eam collectionẽ librorũm quę dicitur thalmud de istis a me recitatis blasphemiis temere insimulare, q thalmud eo tempore nondum legeram, conclusi hanc primam partitionem eius istis uerbis. Talis & ei similis intentio posset forte in thalmud reperiri in illis locis ubi se materia obtulisset de eo scribẽdi, teutonice sic, da es die materi begeben hette da von zeschriben. Quod iterum criminator falsauit hoc modo, in his locis seu angulis in q̃bus eas scribendi materia exegisset, ubi pro occurrit uel se obtulit ipse interpretatus est exegit, ut calumniandi occasionem ignorãtibus persuaderet, tanq̃ iudæos dixerim necessitate compulsos ad sic scribendum, ac nõ potius hoc sentirem, eos talia scripsisse, ubi se obtulisset de Iesu christo scribendi locus, ut puta de eius uita

conuersatione ac morte. Vnde sic exclamās insidiator, Quæ est ista materia inquit quæ requirere posset apud eos ut blasphemetur christus, ut immaculata uirgo deturpetur. Quæ necessitas impellit eos? Ecce quomodo ad probationem diffamationis falso utitur quod ipse falsauit. Manifesta est hactenus clementissime cæsar ipsius thalmud distinctio, primū in quattuor facultates, deinde in hæreses & stulticias. Nunc qualiter alterum ab altero segregauerim iudicando, uide. Scripsi em̄ de thalmud nō cremādo charta. x. hoc modo

Mit red ich es darumb das ich den thalmud wölle gůt machen amm den enden da er zůuerwerffen ist/ sunder allain zů bewyßen das er nit zuuerbrennen oder zů vertilcken sei vmb des willen das inn im ettlich narhait vñ tōrechtig mainungē in disputation weiß begriffen sindt.

id est, non loquor hæc ideo ꝙ ego thalmud uelim bonum facere ubi abiiciēdus est, sed tm̄modo ad ostendendum ꝙ non comburendus uel delendus sit propter id ꝙ in eo aliquæ stultæ & fatuæ intentiones per modum disputandi seu disserendi contentæ sint. Hoc totum omisit falsarius, & in nullo memorsi libelli sui loco uel uerbi eiusce meminit. Quapropter in crimen falsi omniū prudentum iudicio manifeste incidit. Quod & Cicero Romanorum scientissimus iuris affirmat in oratione pro Roscio comœdo. Æque em̄ tabulæ inquit condemnantur eius qui uerū non retulit & eius qui falsum perscripsit, cuius pœna & ad L. Corneliam de falsis constituitur in eum qui ut uerum nō appareat quid celauerit, Cōstitui omēs libros blasphemos & hæreticos igne comburendos. Replicaui & in hoc loco de thalmud quando est sonticus & malignus. Sed ubi continet stulticias & fatuitates facecias adagia dicteria iocos fabulas quod hebræi uocant אגדה pro illa parte iam eum segregaui a blasphemis, & putaui probabiliter eum talem non esse comburēdum, quando iudæi per tales libros non turbant pacificum statum ecclesię, potissimum ut audio illis libris nō astricti ad credēdū. Quod rabi Iehiel filius Ioseph scribit in disputatione gallicana cū de libris thalmudicis inter cætera sic inquit

אך יש בהם דברי אגדה להמשיך לב הארם להכיר חמליצה אם
תרצה תאמין ואם לא תרצה לא תאמין:

id est, Em̄uero sunt in eis sermones agada hoc est fabularum (sicut nos dicimus studia humanitatis) ad inducendum cor hominis ut intelligat eloquentiam, si uoles credes, si non uoles non credes, hæc ille. Ita nos poetarū, oratorum, philosophorū & historicorū libros etiam paganorū propter eloquii uenustatem legimus, & non comburimus, q̄uis Antoninus narret Titum Liuium a Gregorio papa esse concrematum. Quia uero constat me thalmud distinxisse tanq̄ generale in plura particularia uariarū conditionū, quæ diuersam penitus naturam & rationē habent. Nam alia est ratio blasphemiæ, alia stulticię, quorum tñ q̄dlibet uere dicitur thalmud, mirandum incredibiliter & stupendum est de homine qui philosophum atq̄ theologum præ se fert, ꝙ non pudeat tantæ ignorantię in

Crimē falsi

re tam facili, tam trita omniũ scholasticorum, ut opprobrio atq; uitiò immo
crimini mihi uertat, ꝙ thalmud non esse comburendũ scripserim, in quo ma
xime notatur Arnoldus inscitia & imperitia logicę artis. In hoc em uniuer
si conueniunt, si omnes hoies currerent, præter unum Socratẽ, ꝙ uere dicerẽ
homo non currit. Quare igitur non consentit iste, si omnes thalmudici libri
essent hæretici & propterea comburendi præter vnum medicinæ librum
qui dicit thalmud Zeraim, ꝙ uere dicerem thalmud non esse comburendũ,
qm̃ ad indefinitę propositionis ueritatem sufficit unam eius singularem esse
ueram. Sic utraq; propositio uera esse posset, Thalmud est comburendus, &
thalmud non est comburendus. Nisi iam relicta sua facultate mecum decer
tare uellet in iure, quam tũ facultatem illustrissimam antea uilipendit & spre
uit, diceretq; indefinitam in iure æquipollere uniuersali, ut thalmud non esse
comburendũ, æquipolleret huic. nullum thalmud esse comburendũ, uel oẽm
thalmud non esse comburendum. Cui liceret mihi per iura quoq; respõdere
capiendo glo. magn. in. c. ut circa de elec. li. vi. quę dicit ꝙ quando non est ea
dem ratio & conditio propter aliquod accidens omniũ particulariũ in vni
uerso comphensorum, tunc indefinita non ęquipollet uniuersali, quod & Dy
nus approbat de re. iur. lib. vi. sub rubrica. Eodem modo si dicerẽ, thalmud
non est hęreticus, intelligendũ esset secundũ omẽs logicos de aliquo particu
lari thalmud in quo non inuenireẽ hæresis, ut subiectum propositionis inde
finitę acciperet pro tali quale illud esse permitteret prędicatũ. Ergo si quęras
an omnes libri iudæorum p̃ter bibliam sint comburendi, & ego simplici &
bono animo nõ professus theologicas subtilitates respondeã. Omnes libros
blasphemos & hæreticos esse comburendos, magicos & reprobatę lectionis
libros esse comburendos. Deinde sic. Commentarios biblię non esse combu
rendos, artium libros non esse comburendos, cabalisticos non esse combu
rẽdos, thalmud non esse comburendum, Nonne satis distincte affirmatum
a me fuisse arbitraberis? ut si reperiatur aliquis thalmud hæreticus uidelicet
contra tolerantiã ecclesiæ, ꝙ ille iudicio meo sit comburendus, Sicut in simili
cum aliquis hostis theologorum a me semper amicissimo theologię fautore
quæreret. An omnes theologi præter sanctos sint comburendi, & ego tum
nihil mali suspicans responderem. Omnes theologi qui perseuerant in hęresi
sunt comburendi. Deinde sic. Scotistæ non sunt comburendi. Occanistę non
sunt comburendi. Albertistę non sunt comburendi. Thomistę nõ sunt com
burẽdi. Mox ille maledictus hostis theologorũ iniuriose cõtra me insurgeret
ac proterue nimis insultaret uerbis contumeliosis sic mihi loquens. Quare
mentitus es affirmando ꝙ Thomistæ non sint comburendi, iam dicis cõtra
ecclesiam & contra papam, Nam papa fecit comburi tres doctores Thomi
stas Florentię in italia anno dñi M. cccc. lxxxxviii. & alios quattuor Thomi
stas fecit comburi Bernę in alemãnia anno dñi M.D.VII. Ad hęc ego humi
liter respõderem homini proteruo. Amice ac frater, illi quos tu recenses tho
mistas proximis annis fuisse cõbustos, fuerunt (ut fama est) hæretici, de qb̃

Indefinita ꝙ uera

Thomistę ꝙ hæretici

ego prius ab initio responsionis meę tibi dixi, ꝙ omnes perseuerantes in hæ-
resi sint comburendi. Nihilominus tamen iste hostis prænotatus persequere
tur me multis iniuriis canendo scribendo loquendo, ꝙ ego essem mentitus
de thomistis, qui affirmauerim eos non esse comburendos contra papā, con
tra ecclesiam, contra christū & contra Paulum, & nisi reuocarem tanꝗ scan
dalosum, ipse me uellet flammis et nece perdere nequissimū auctorem. Nō-
ne misericordia dignus uiderer Coloniensibus theologiæ professoribus Al
bertistis & Thomistis ob tam iniustam laceratiōē? Tunc certe merito cun
cta sua parua logicalia, exponibilia, insolubilia et obligatoria, libellos de mo
do respondendi & opponendi, omnes paralogismos, omnia sophistica euol-
uerent, ut dictum hoc meum saluarēt, quo affirmauerim Thomistas & Al
bertistas non esse comburendos. Vterentur saltem appellatione rationis, qua li
cet uera esse possit propositio hæc, papa Thomistas combussit, tn̄ illa non sit
uera, papa combussit Thomistas, quia non combussit illos ea ratione qua fu
erunt thomistæ, sed qua fuerunt hæretici. Quare igitur non eandē mecū ha-
bent patientiam? si post generalem cōdemnationē librorū hæreticorū, dixi
thalmud non esse comburendū, intelligens ea ratione qua thalmud est, cum
multi reperiantur thalmudici libri naturales & impunes, licet ea ratione qua
thalmud aliquis esset intolerabiliter hæreticus posset mea sentētia comburi,
ut ex uniuersali propositione mea claruit. Cum itaq; ut in ista quęstione iam
expedita sic etiam in hac quæstione de thalmud non sit eadem ratio & con-
ditio in particularibus, certe indefinita neq; tunc logice neq; iuridice debet
æquipollere uniuersali. Quędam em̄ thalmud continet ut aiunt omnino bo
na, & illa omniū iudicio sunt conseruāda, quædam̄ tm̄ fatua & stulta, & illa
nullo iure sunt ad perimendum condemnata. Alia uero cōtumeliosa christo
& sanctis blasphemaq;, & illa sunt comburenda etiam secūdum leges, q̄uis
iudæi dicant nullum thalmud neq; contra Iesum christū dn̄m nostrum neq;
contra Mariam matrem eius quicquam tractare, Sic enim idem rabi Iehiel
filius Ioseph in disputatione gallicana de beata uirgine scripsit.

אין לנו לדבר עליה כי מה חטאה ומה פשעה וכי מעצמינו
ומבשרינו היתה וכל התלמוד וכל האגדה לא דיבר עליה כי היא
שהגיד עליה אחרת היתה. i. Nil nobis ad dicendum contra eam, qm̄ quid
peccauit? & quid deliquit? Et quidē de ossibus nostris & de carne nostra fu-
it, & omne thalmud & omne poeticum non locutum est contra eam, qm̄ illa
super qua enūciatū est altera fuit, hæc ille, Quod in eodē uolumine multis co
natur probare argumentis, Affirmat aūt idem auctor ꝙ etiam thalmud nil
dicat contra Iesum christum nostrū, Sed Iesus Nazarenus de quo thalmud
loquitur fuerit alius, sicut & in multis historiis inueniantur plures eiusdē no
minis atq; eiusdem ciuitatis similiter uixisse & similiter occidisse. Recensetq;
ad minus duos Iesus Nazarenos diuersis temporibus fuisse, & thalmud loq
de Iesu Nazareno qui discipulus fuit rabi Iosua Parhaia ad idololatriā tādē

Ave Jesus Nazareni / Ave Maria

cõuerso ante annos centũ et dec ẽ prius q̃ Iesus christ⁹ noster nascerẽt. & multos discipulos a rabi Iosua ad se traxit, qui quidem idololatræ per longa deinde tempora dicti sunt Nazareni, de quibus forte loquit S. Hieronymus super Matthæum ca. xxvii, ita scribẽs. Legi nuper in quodam hebraico uolumine quod Nazarenæ sectę mihi hebręus obtulit Ieremiam apocryphũ. Quę si uera essent de Iesu discipulo Iosua Prahaia ut Iehiel scripsit, seueriore profecto pœna iuste plecterentur iudæi, si quod a suis maioribus scriptũ fuisset de q̃dã idololatra ut ipsimet cõfitẽt, id iam peruerse christianis insultãdo applicarẽt ad dõm nostrũ Iesũ christũ. Et q̃d de alia quadã Maria positũ inuenirent, id in beatę uirginis Marię ignominiã publice cõuerterẽt. Sed ut ea in parte thalmud egoipse q̃q; uidere, comparaui mihi a q̃busdã christianis libros thalmudicos Sanhedrin, & inueni materiã istã in uolumine Helek, cui⁹ ỷba sũt hęc:

Omis Baltmudicos

תנו רבנן לעולם תחא שמאל דוחה וימין מקרבת לא כאלישע
שרחפו לגיחזי בשתי ידיו ולא כיהושוע בן פרחיה שרחפו
לישו הנוצרי בשתי ידיו id est. dixerunt magistri, semper sit sinistra repellens & dextera propinquans. Non sicut Elisæus qui amouit illum Gehesi cũ duabus manibus, & non sicut Iosua filius Prahaia qui amouit illum Iesũ Nazarenum cum duabus manibus, & reliqua. Vbi post enarrationẽ facti Elisęi & Gehezi deinceps lõgiuscule explanat historiã de rabi Iosua filio Parahaia quõ discipulum suũ Iesum Nazarenum a sua schola expulit, & ille abiẽs adorauit idola & uexauit israel. Qui uero res gestas consyderant per historias, dicunt se inuenire totum hunc tractatũ de Iesu fuisse peractum sub Hircano Machabeo Simonis Machabei filio, qui fuit circiter centum & decem annos ante domini nostri Iesu christi natiuitatem, uel aliquanto plus secundũ Ioannem Annium Viterbiensem in cõmentariis super Philonem de tpibus. Hęc incert⁹ adhuc nec affirmo neq; nego, quod protestor ne alteram calumniãdi mei sumat aduersarius occasionẽ, tamen cum negatio iudæorũ quorundã ut iam audiuimus faciat in iudicio causam dubiam in nõ notoriis, ut saltem opus sit processu declaratorio, non potui omẽs libros thalmudicos iudicare ad ignem, quare in mea decisione contra blasphemos libros facta de cremando, addidi uerba hæc. Attamen non aliter q̃ post sufficientem examinationẽ & legitimam sententiã. Quę omnia qualiter sint intelligenda secundũ mentem meam, clare patet in publicatis a me declarationib⁹, ad quas totum hoc negocium refero, quibus merito fuisset retractus calumniator a tanta mihi ab eo illata iniuria. Quarto falsauit scripturã meam infamis Arnoldus theologistarum Coloniensiũ mandatarius in propositione sua nona multipliciter. Cum em̃ de oratione velamesumadim scriberẽ, accusationem circũferri aduersũ iudæos, als die das solten betten sunderlich wider vnß christẽ id est quasi ipsi eam deberent orare specifice uel particulariter cõtra nos christianos. Falsarius posuit, quasi hanc orarent signanter cõtra nos, Per hoc aduerbiũ signanter dicit me negare ꝓ non possint nos in sua petitione designa

Oro Velamesumadim

re, quod ego nunq̃ dixi. Sequitur dein de horrendũ crimen falsi, cum scripta mea sic immutauit, ubi em̃ scribo, So findt man kain wort darinn das weder die taufften/noch aposteln/noch christen/noch das römisch reich bedeutet oder haiszt. Falsarius in libellum famosum ita traduxit, Inuenit nullum uerbũ in illa oratione esse q̃d contra baptizatos, aut apostolos, aut christianos, aut romanum imperiũ interpretetur aut sonet. Quod de ueritate linguæ nostrę sic erat transferendũ. Inuenitur nullum uerbum in ea q̃d neq; baptizatos, nec apostolos, nec christianos, nec romanum imperiũ significat uel uocat. Ex sua igitur falsa interpretatione dolo malo conficta inuehitur cõtra me dicens, q̃ eam orationem affirmem iudæos non orare contra nos, quod simpliciter falsum est. Nunq̃ em̃ negaui eam orationem factam esse uniuersaliter & in gñe contra oẽs inimicos suos, sed probabiliter negaui eandẽ orationem communibus uerbis compositã contra christianos aut contra romanum imperium particulariter & specialiter factã esse, aut sic a synagoga dici. Sicut neq; psalmũ, deus laudem meam ne tacueris, aut deus uenerunt gentes & similes. Quare falsarius transtulit signanter pro aduerbio particulariter aut specifice. Quem em̃ quilibet singularis iudæus in animo suo signet orando, ego nescio, sicut neq; scio quem singularis christianus in corde suo designet precando. Sed hoc scio q̃ synagoga iudæorũ pręceptũ habet q̃d & legit & inter se in festiuitabus publicat, ut omnes iudæi debeant orare pro pace regni. Sic enim scribitur in Perakim quod in libro quotidianarum orationũ legũt בפרק השלישי hoc modo. ר׳ חֲנַנְיָא סְגַן הַכֹּהֲנִים אוֹמֵר חַיֵּי מְחַפְּלֵל, כְּשֶׁלּוֹמֵחַ שֶׁל מַלְכוּת שֶׁאֶלְמָלֵא מוֹרֵאָה אִישׁ אֶת רֵעֵהוּ חַיִּים בְּוֹלְעֵנוּ: id est, Rabi Hannania princeps sacerdotũ dicit. Sis orans pro pace sua ipsius regni. qm̃ nisi esset plenũ timore, quilibet socium suum uiui deglutiremus nos. Quid mihi suos conuersos allegat? quid mihi complices adducit? ego ne illis credã? qui aperta mendacia fingunt. Si hoc mihi faciunt christiano, quid facerent iudęis? Scribo nullum inueniri uocabulũ in oratione velamesumadim quod neq; baptizatum nec apostolũ nec christianũ nec papã nec romanũ imperium de proprietate sermonis significat. Id satis probaui in consilio & declaratione uulgari, q̃d cum refellere nequeant, conantur scripta mea falsare & in effectu falsãt, transferũtq; ad latinũ sic me scripsisse, q̃ nullũ uerbum in illa oratione sit quod interpretẽ aut sonet contra baptizatos aut romanũ imperiũ. Nusq̃ aũt dixi q̃ non interpretetur aut interpretari uel sonare possit contra baptizatum aut imperiũ, sed nullum uocabulũ de proprietate sermonis significare baptizatum aut imperium romanum, quod si falsum esset, certe cum habeat conuersos suos ut se iactat aduersarius, quare nõ dudum ostendit aliquẽ locum extra hanc causam approbatũ & receptum? ubi Meschumad præcise quemlibet baptizatum aut christianum significet. Quomodo igitur iudæi orarent q̃ baptizato non debeat esse spes? cum ipsi

Conuersos allegat

de quolibet ex eis baptizato spem habeant ut ad eos reuertat, & reuertentē cum gaudio recipiūt. Quāuis aūt hæc de proprietate & natura uocabulorū disputaui, tñ nihilominus per hoc uolui non solū grammatice uerum etiā logice ethice & iuridice nullam fieri debere interpretationē transsumptionem seu metaphorā noīs aut uocabuli cuiuscunq; in perniciē alicuius quod ęque possit in bonam partē interpretari, tum aūt multo minime quando potest tēdere ad homicidia & seditionē, quā intendisse Pepericorn² ex libellis suis cōiectura fortissima deprehendit, ut in apologia mea cōtra eundē scripta mōstraui, qui non solum hanc orationē Velameschumadim false traduxit, sed etiam sequentē mox illam in suo libello quem hostis iudæorū inscripsit maiore dolo malo additis etiam mendaciis calūniatus est dicens, q̄ in festo propiciationis cognomento Kipurim iudæi orent maledictionē istam cōtra nos his uerbis. Perturbabit deus cogitationes & consilia inimicorū nostrorū occisione gladio fame peste & cæteris pręcipuis plagis & id fiat nostra causa precantur, hoc addidit denicq; de suo sic dicens. Verba hæc omnia quis nescit aduersum nos christianos dici necq; id dissimulare possunt. Vecq; cognoscas cæsar aperta mendacia, ne in aliis quoq; translationibus cogamur eis firmiter credere, Audi uerba ipsa orationis quæ falsarius mutilauit.

אָבִינוּ מַלְכֵּינוּ בַּטֵּל מַחֲשָׁבוֹת שׂוֹנְאֵינוּ׃ א מ חֲפַר עֲצַת אוֹיְבֵינוּ א מ בַּלֵּחַ כָּל צַר וּמַשְׂטִין מֵעָלֵינוּ א מ כַּלֵּה דֶּבֶר וְחֶרֶב וְרָעָב וּשְׁבִי וּמַשְׁחִית וּמַגֵּפָה מִבְּנֵי בְרִיתֶךָ׃ id est. Pater noster. Rex noster. Destrue cogitationes odientium nos. P.n.R.n. confunde consiliū inimicorū nostrorū. P.n.R.n. fini omnem tribulationē & aduersitatē a nobis, P.n.R.n. Fini pestem & gladiū & famem & captiuitatē & corruptionē & plagam a filiis fœderis tui. Videmus & audimus q̄ a seipsis deprecāt mala quę interpres lanius recēset, & nemini impcāt. Nec inuenit q̄ ait & id fiat nostra causa pcamur, quāta fides sit istis hoibus adhibenda cogitet unusquisq;. Sunt alii cōplures loci quos in cōsilio meo Coloniense sycophantę per suum mandatariū dolo malo & false corruperunt partim de mendacio redarguēdi mei causa, partim denicq; (q̄d horrendū est) ad infamandū me de suspicione infidelitatis. Vocabulorū aūt multorū & diuersorū crebram immutationē iudicio committā conferentiū mea & sua, & latinū eorum cum meo alemānico comparātiū, & quę magni sint & quę parui pręiudicii ut cum dixi per eorum cōsensum, illi transtulerūt ex spontanea electione, & cū dixi, q̄ nemo posset thalmud iudicialiter uel de iure reiicere, qui eum non intelligit, illi omiserūt iudicialiter uel de iure. Et in propositione xii. celauit & omisit falsarius, ad quod quotidie oporteret iaculari. Et in eadē propositione quandā nouā sententiā incipit per hāc dictionem uerum, quā continuitate sermonis legendā scripsi, in quo falsauit dictionem alemānicam, dann, quæ significat quia, & nunq̄ denotat coniunctionē aduersatiuā uerū. Item propositionē xvii. falsauit celando & omittendo relatiuum initii, quo sermonē meū retuli restrictiue ad uiros in præcedenti orati

falsauit Arnoldus

Q omisit Arnoldus falsarius.

one nominatos sic dicens. Ex illis omnibus doctis & sanctis uiris, pro q̃ falsa
rius posuit uniuersaliter sic, ex oib⁹ doctis uiris, & pro. begert hab. id est peti
uerit, ipse posuit auspicatus fuisset. Item in propositione xviii. quatenus q̃d
est hic temporis, male & contra mentē meam exposuit ut in disputatis & de
claratione uulgari ante sibi apparuit. Item in propositione xx. falsauit ferme
totum sermonē immutando addendo interserendo q̃ in eo consilio nusq̃ cer
nuntur. Item in propositione xxiiii. pro eo q̃d dixi qui se sustentare cogit illi
parū superest. Falsarius posuit qui se iuuare habet. Item in propositione xxv
falsauit iterum scripta mea delendo celando surripiendo uerbū cognitu ne
cessarium ad ueritatē, cum em̄ scripserim sic, p̄sertim quando ipsi (scilicet iu
dæi) nobis nil contra ius faciunt, & nostrā christianā ecclesiā publice non cō
temnunt, quia christiana ecclesia habet alioquin nihil cum eis agendū, Hāc
dictionem, sunst, id est alioquin celauit & interleuit falsarius, qua excluditur
turbatio status ecclesiæ & singulorum membrorū eius, & includitur pacifica
uita iudæorū. quare mētit falsarius scribēs in eo loco de me, ꝙ absoluto ser
mone uniuersaliter dixerim ꝙ nihil se hēt intromittere ecclesia, & hic omisit
totam & integrā orationē p̄cedētem ut me falso calūniaret. Item in xxx. pro
positione, nec tu potes malo id aio ex me suscipere, falsari⁹ omisit, im rechtē
id est in iudicio seu in iure. Item in propositione xxxii. falsarius iterū amouit
uerba p̄cedentia de iudæis dicta ꝙ posset se aliquis uelle excusare, eo ꝙ nos
q̃tannis dicamus eos perfidos iudæos, ꝙ inter se ipsos possent dicere mētiunt
nos nō sum⁹ perfidi. Nam hic falsari⁹ dolo malo incepit propriū & separatū
capitulū suæ propositionis acephalū sic, ex quo singulis annis inclamamus
eos in ecclesia p̄fidos, perinde ac siessent mea uerba excusationis assertiua, q̃
tamen sunt uerba iudæorum in oppositū argumentatiue per me allegata,
non ꝙ reuera excusent, sed q̃dam colore frustra nitātur, aliud est em̄ se uelle
excusare, & aliud se excusare, & multū interest inter uelle & p̄ficere, Sic mul
tipharia multisq̃ modis sermonē quem in persona iudæorū sub forma dra
matis loquor, ille mihi ipsi attribuit tanq̃ assertiue illa sentiā, ut iam iterum pa
tebit. Item in propositione xxxv. & xxxvi. falsarius ex arte sophistica falsa
uit scripta mea diuidendo quæ ego cōiunctim legenda scripsi. Vtq̃ sua dolo
sa corruptio & deprauatio fiat oībus manifesta, ego in solutione secundi ar
gumenti ab initio ad quæstionē generalē generaliter obiecti sic scribo. Ad se
cundū argumentū ita posset dici, ꝙ tales libri iniuriant seu blasphemant Iesū
Mariam & apostolos, etiam nos & nostras ecclesiasticas constitutiones, hoc
argumentū & hęc causa esset efficax, ꝓpterea ego de talibus libris ubi repirē
tur meam condemnationē in principio posui, ego aūt eorum nullū unq̃ neq̃
uidi neq̃ legi, pręter duos nominatim Nizahon & Tholduth Iesu Hanozri.
In aliis libris quos hactenus uidi uel legi, inuenio nullam iniuriā siue cōtume
liam, præter q̃d fidem attinet. Ibi tenent ipsi pro eo, ꝙ fides eorū sit recta, &
nostra sit iniqua, Inueniunt bene aliqui iudæi qui opinant quālibet nationē
in fide sua saluari posse, & sicut nos pręcepta Moysi nō ligent, ita sint ipsi p̄ce
ptis Iesu nō subiecti, sed ipsi sint obligati Moysi præcepta tenere, quia deus ea

ipsis dederit & alias nemini, Ita sumus nos Ic̃u p̃cepta obligati tenere, quia deus ea nobis dederit, ideo quicquid scribant ad id deseruiens ꝙ Iesus non sit deus, & quicquid ex eo sequit̃ hoc est fides eorũ, & uelint per hoc neminẽ iniuriari, & hoc ecclesia christiana circiter mille quadringẽtos annos tolerauit & passa est, & ipsum nunq̃ pro cõtumelia acceptauit, c. cõsuluit in fi. ex. de iudę. p̃terea Iesus hic apparuit sicut homo, & sicut seruus, scribit S. Paulus ad Philip. ii. ita & non aliter reputauerint eum etiã iudęi, & de eo neq; de matre eius etiã de apostolis nihil diuinũ tenuerint & adhuc. Vtrum illud sit iniuria, hoc trado illis metiendũ qui in iure ciuili sup. l. item apud. §. si quis uirgines. ff. de iniuriis, et in iure canonico sup. c. inaudiẽtia extra de sent. excõ. scripserũt. Hactenus hęc ita scripsi q̃ falsari⁹ discerpsit in multas partes & mutilauit, fregit frustillauit miserabiliter, cũ sit & esse debeat una cõtiguitas lectionis & ꝓpetua oratio. Falsauit aũt oĩa diabolice interp̃tãdo in pei⁹, cũ potuit interp̃tari in m̃lius, & cõmutauit modos uerborũ pinde atq; debeat reputari assertio mea id q̃d sentio iudæos cõtra meã decisionẽ opponere. Ex hoc em̃ manifeste apparet lucidi⁹ sole, primo, ꝙ oẽs libros blasphemię & iniuriosos uniuersaliter condẽnaui. Secũdo ꝙ ego hactenus nõ legerim libros hebraicos q̃ ad aliquã singularẽ erga nos iniuriã aut cõtumeliã tendãt p̃ter duos Nizahon & Tholduth, nõ ꝙ alii non sint, q̃s tm̃ nescio, sed ꝙ hi sint. Tertio ꝙ assertiue tenui & expressis uerbis sentio ꝙ iudęi credendo fidẽ suam iudaicã, saltẽ aliq̃ modo faciãt christo & ecclesiæ iniuriam. Ita em̃ hoc loco scripsi, uidelicet. In aliis libris q̃s hactenus uidi uel legi inuenio nullã iniuriã siue cõtumeliã, p̃ter q̃d fidẽ attinet. Ergo in eo q̃d fidẽ attinet sensi gñaliter fieri cõtumeliã & iniuriã. Cõtra hanc assertionẽ meã, posui ego cætera q̃ sequunt̃ iudęorũ argumẽta quattuor, ꝙ per suã fidẽ nullã cõmittere uideant̃ iniuriã, primo, qa credãt oẽs gentes saluari posse in sua fide. Secdo quia ꝙ credant Iesũ nõ esse deũ sit fides eorũ nullo animo iniuriãdi. Tertio qa ecclesia tolerat, quarto, quia tenuerint Iesum pro hoĩe sicut ipse in humana natura apparuit. Ista oĩa iudæorũ argumẽta mihi attribuit calũniator iste canis meus, cuius rictus mendax & uaniloquus menalio ramo retũdi deberet, ac si nõ disputãdo sed assertiue decidendo hęc scripserim. Cũ tm̃ his non cõsyderatis ego nihilominus in p̃posita mea cõclusione fixe pmanserim nusq̃ recedẽdo ab ea, scilicet ꝙ iniuriã & cõtumeliã faciant etiã in his q̃ fidẽ eorũ attinẽt. Et solutionẽ oppositi tanq̃ rẽclarã & indubitatã reieci ad scribẽtes in iure, qui oẽs uno ore dicũt & scribũt talẽ & eiuscemodi ignorantiã esse crassam & supinã, neq; hoĩem releuare ab iniuria, sicut de eo latius & clarius aĩ̃ tractaui in disputatis meis & in declaratione uulgari in. §. xxx. & xxxi. diu atq; lõge pri⁹ q̃ calũniatores mei hũc aduersus me libellũ famosũ ederẽt publicatis. Vnde si p̃spiciant̃ singula, uidebũt̃ multa q̃q; uocabula esse ab eo falsata, ut pro uulgari teutonico, So, q̃d incipit argumẽtũ iudęorũ ultimũ, & in cõmuni usu significat p̃terea, ipse obtrectator posuit, sicut, Et in propõne. 38. posuit falsitatem pro eo q̃d significat crimen falsi. Et in propõne xli. falsarius falsauit S. Paulũ & scripta mea in pniciem meã in eo ꝙ transtulit alterius pro alieni. Paulus em̃ ad Ro. xiiii. scribit

Tu quis es qui iudicas alienũ seruũ, qd in lingua greca in qua Paulus hęc scripsit
ponit ἀλλότριον & id ex linguę proprietate significat peregrinũ. extraneũ. alie
nũ, tanq̃ ἀλλοφύλου hoc est ex aliis finib⁹ terminis seu cõfiniis. In hac proprietate
secutus sũ S. Paulũ metaphoricos & transslũptiue, sententiã eandẽ applicãdo iu
dęis, uolens in teutonico dicere. Quid uolumus alieni animã iudicare? Vnde ca
lũniator uelo expasso inuehit cõtra me & ait me scripsisse qd uolum⁹ animã al
terius iudicare, per qd inquit sequat hęresis, qp superiorũ & platorũ nõ interesset
iudicare quõ uiuerẽt subditi, cõtra S. paulũ actuũ xx. Attẽdite uobis & uniuer
so gregi in q̃ uos spiritus sanct⁹ posuit episcopos regere ecclesiã dei, Ex hoc aũt
oculis cernit Arnoldũ sẽtire qp iudęi sint ecclesiæ mẽbra, et de grege ecclesię dei,
qd esset hęresis manifesta si absq; declaratione in hoc perseueraret. Nã ego de iu
dæis & non aliis hominibus locut⁹ sum, Vnde in quo me criminatur Paulum
falso citasse, ac ei fecisse iniuriam, ipse conuincitur Pauli falsarius esse ac hęresim
sapere. Præterea multa sceleris et indignitatis plenissima contra me temerata
ab isto insidioso rabula quę aliqñ uel amici uel inimici acrius intuebuntur, atq;
nulli⁹ tñ uiri boni & uirtute pditi tam sermo q̃ opinio cõprobabit. Ob id forte
multi putabũt orõne longa nihil opus fuisse, quom iãdudũ in oĩm aurib⁹ sonet
in omniũ oculis uersẽt declaratio mea, q̃ iã prope annũ totũ non modo literatis
uerũ etiã rudibus & agricolis impssa chalcographice innotuit, ubi multo ante
importunissimorũ aduersariorũ meorũ oĩa sunt argumenta soluta pfracta re
pulsa, oĩa enthymemata suffocata, sophismata comminuta & explosa ingenue
atq; sancte, tãto robore tanta firmitate, ut si quas posterius sibi finxerint fallaci
as, technas, pseudologias consilio meo contrarias, ex eisdẽ disputatis & ex eadẽ
declaratiõe cui titul⁹ est alemãnice. Clara intelligẽtia, uideri q̃ant cineritię nebu
lę ac nebulonũ pstygia, qbus turbę inerti oculorũ acies pstringũt. Illuc mea scri
pta tãq̃ ad cuiusdã Tutani asylũ refero, & tũ cuicq; doctissimo solertissime iudi
canda cõmitto, nõ mei nimis amanti neq; nimis inimico, qm utriusq; suspecta
sunt iudicia, Scio nõ deerũt Max. ęmiliane cęsar excellẽtissime imperator, q tan
tam in me patiẽtiam mirabunt, tantã mansuetudinẽ, tantã humilitatẽ, cũ erga
maledicẽtes tã leniter maledicto supsederim, tã reuerenter obmutuerim, tã mo
derate sustinuerim opprobria, cũ tãta humanitate, benignitate, urbanitate, ab
stinens talionis & iratũ tẽperans, qui multo acrius deberẽ pro talibus calũnia
torũ ausis mutuarias opas impẽdisse, ut clauũ clauo pptunderẽ, ut pariter ignea
fulmina iacularer, ut cõsimiliter insaniã insaniæ, rabiẽ rabiei, suspicionẽ suspicio
ni, calumniã calũniæ redderẽ, ut atramentũ cũ sepia, & cũ dracone flãmas euo
merẽ, non ita ut uniuersorũ sed potius ut singulorũ cuiusq; mores. uitã act⁹. sce
lerosos & nepharios ab eisdem hypocritice in hunc diem occultatos sempiter
no stigmate notarem. Quæ tamen omnia si aduersus me latius efferauerint, ad
alteram maxillam reseruabo. Hactenus em solũmodo apud me constitui cum
moderamine inculpatę tutelę meã innocentiã defendere, calũnias uulgatissima
obseruationũ cõsuetudine uere refutare, mẽdacia reuelare, falsi crimẽ detegere
& cõsilii mei syngraphã protegere, ne quid maculę aut inhonestamẽti in me ad

In Arnoldu

mittat. Atqui o deus immortalis & superi omnes, istis fœdissimis & immanissimis detractionibus, conuiciis, iniuriis, contumeliis, turpissimis proditionib⁹, falsis insimulationibus, ignominiosis famicidiis, quibus hic professorũ theologiæ Coloniensiũ cõmissarius procurator. Zythobiba. gurges atq; helluo, natus abdomini suo cum suis uersificatoribus, me innocentẽ populari condemnationi detulit & obtulit, an potest ullum excogitari æquũ moderamen? q̃d nam æstimabitur satis temperatũ suffragiũ? quæ defensionis mensura? quæ armorum paritas? Cum latro gladium strinxerit, percusserit, uulnerauerit, & uulnerãdo iterum quoq; mortem ipsam minetur, nec mortem tm̃, sed & turpissimam, nec eam solum corporis uerũ illam etiam animę ac salutis interitum. Credo si hui⁹ aggressoris nocentissimi & flagiciosissimi crudele iugulum ense confoderem & ferro ad necem usq; ferirem in dubio uitæ discrimine constitutus, tanq̃ defensor proprię salutis contra latrocinantem (ut lex ait) in nullo peccasse uiderer. Horret humana natura tm̃ & tam truculentum ferocis Arnoldi scelus, neminẽ læsi, nec lædere uolui, mandato imperiali obediui, pro meo captu quod utile uidebatur consului, opinionẽ meam ecclesię submisi, declarationẽ mentis meæ adiunctam edidi, de stãdo iuri & iudicio me obtuli. Aduersarios meos quomodo sibi uelint per me satisfieri copiam & prescriptum exemplũ ut meis expensis ad me mitterent frustra orauí, Arnoldo ipsi singularibus meis literis ut boni consulat supplicaui, cunctis uniuersitatibus satisfeci, præter hanc unã Coloniensiũ theologisticã facilitatẽ calumniatorũ meorum, quæ nullã satisfactionem imaginat. neq; pscribere nouerat, sed facerẽ quicquid uellent, me tm̃ infamare sibi proposuerant cõtra literas ipsorũ proprias & sigilla, cœnũ & fex omniũ theologorũ, pestis & calamitas sacræ theologiæ, corruptissima & impudentissima theosophistarũ cohors, qui mihi sub suo facultatis theologicæ sigillo per epistolã datã (ut uerbis eorũ utar) ex Colonia die ultima mensis februarii, Anno dñi. M.D. XII. insinuauerũt, sicis nõ satisfacerẽ, q̃ tum ex integra ad me charitate me ipsũ uellent ad se uocare. Post quas lras me nõ uocarunt, nihilq; sequutũ est ulterius nisi libellus eorũ iste famosus, cõtra deũ & hoies, contra ius & phas, cõtra humanã societatẽ, cõtra fraternã charitatẽ, cõtra euãgelicã maiestatẽ, cõtra formã legũ & canonũ editus & promulgatus mẽdaciorũ plenissimus. Nõ fecissent hoc cerdones, sutores, zonarii, opifices. tabernarii ut fidẽ frangerẽt, ut sigillo suo auctoritatẽ minuerẽt. Fecerũt aũt ita leuissimi et psidissimi Coloniẽses isti calũniatores mei literarũ suarũ cõtẽptores & sigillorũ fractores. Qui cũ se scirẽt in iure mecũ sine spe uictorię manũ cõserere (nã etiã si publice peccauẽ q̃d nõ feci tm̃ nõ ad istã pecora cãpi scriptũ est, peccãtes corã oib⁹ argue, Sed ad Timotheũ primatẽ ephesinũ et solos plates ecclesię iudicesq;, qb⁹ secũdm formã iuris et euãgelii me pri⁹ debebãt detulisse) Cũ itaq; scirẽt se mecũ in iure sine spe uictorię certaturos fuisse, cõsiliũ inierũt, me q natura mitis sũ & mãsuet⁹ iniuria pessundare, nõ audẽtẽ cõtra mussare. Et tacuissẽ uticq; quasi sũ æquabilitate animi, si me samaritanũ tm̃ appellassent, sed habere dęmoniũ, etiã ne christus quidẽ tulit. Ater illis essem an cãdidus, illiterat⁹ an doctus, prudẽs an insipiẽs, id parui referret. At q̃ exacuerim ingeniũ in christi iniuriã, pro q̃ tũ mortẽ opto subire, tũq; sanguinis

effundere quãtũ iste timidus excors & effœminat⁹ Arnoldus, sine pallore exa
nimatione ac syncopi ne aspicere quidẽ posset, ꝙ contra ecclesiã senserim extra
quã saluari nõ credo. Et cętera capitalia crimina hęresim significãtia, q̃ leuissimi
sycophantę mihi false impingũt, nõ debui trãsire leniter, sed Herculis clauo rep
cutere. Scribit em̃ S. Hierony. cõtra Ioannẽ hierosolymitanum episcopũ. Nolo
(inquiẽs) in suspicione hęreseos quẽq̃ esse patientẽ, ne apud eos qui ignorãt in-
nocentiã eius, dissimulatio cõsciẽtia iudicet si taceat. Ergo S. Hierony. me iussit
impatiẽter respõdere, q̃d tũ honestius feci q̃ aduersarii postulasse uident. Nõ em̃
p̃misi tot ꝓsificatores, tot metrifices, tot carmifices ne dicã carnifices q carmẽ
famosũ ab initio buccinarẽt, ut professores isti theologię contra cõsuetudinẽ & versifex
mores professionis suę fecerũt, q̃d æque potuissẽ, si nõ ego ipse mihi satis essẽ ad
hoc artificiũ, nullius alieni adiutorio egẽs, qui puer quõdã carmina q̃q̃ tornaui
siue pari seu impari mẽsura. Nec dũ Iupi mœrim uidere priores, ut si cuperẽ ele
giam meditari sic inciperem.

Blasphemi Arnoldus falsarius hæresiarchę
Ortuini socius cernitur hocce libro

Aut si uersus elegiacus displiceret, & maiorẽ voluptatẽ calũniator ex carmine
heroico tanq̃ aliqs heros gloriosus de stirpe gigantũ sibi cõciperet, quippe q ut
ęternã memoriã assequeret etiã sceleribus alter Pausanias innotescere nõ dubi-
tauit, possem hoc modulo exordiri.

Arnoldus fautor philodæmonis hæresiarchę
Rector Agrippinus infamis capniomastix

Possem & eiuscemodi uersus q̃toquoq̃ die ad ferme ducentos cudere, si nõ ma
gis q̃d me deceat, q̃ aduersarii qua sint ultione digni cõsyderare oporteret. Vũ
recuso Arnoldinũ uersificiũ, nec imitabor p̃dones honoris mei, habeãt sibi hãc
gloriolã bonos uiros lacessendi, & qui cõsueuerũt maledicere, assuescant male
audire, ut dũ dicũt q̃d uolunt, audiãt q̃d nõ uolũt, discãtq̃ patiẽter ferre, q̃d uiolẽ
ter intulerũt, & q mala faciũt ad extremũ mala sentiãt. Quanq̃ oro deũ (ut de
beo) pro inimicis meis, ꝙ eos a sempiternis gehẽnæ ignib⁹ p̃seruet, & in hac ui
ta tradat illos Satanę in interitũ carnis me uiuẽte & uidẽte ut spiritus salu⁹ fiat,
diecq̃ ac nocte grauet sup eos man⁹ dni ut cõuersi dũ cõfigit ꝓpina delictũ suũ il
lud grauissimũ detractiois famę ac opiniõis meę uniuersis cognitũ faciãt & in-
iusticiã suã nõ abscõdãt, publice restituẽdo p reuocat⁹onẽ & retractationẽ sicut
iniuste cõtra iuris ordinem mihi publice detraxerunt, ne in tã piculoso & diffi
cili casu restitutionis secundũ B. Thomã. Scotũ & cõiter oẽs doctores in lib. iiii.
senten. dist. xv. sine spe uenię, absq̃ uera pœnitẽtia & sine satisfactione mihi lęso
debita (cui testibus his scriptis nõ renũcio) isti calũniatores & detractores famę
meę professores theologię atq̃ bonarũ artiũ Pharaonico & indurato corde cõ
tra spiritũ sãctũ, irremissibiliter & desperate missarũ sacratissima & diuinissima
mysteria celebrẽt, corpis & sãguinis christi sacramẽto corã oib⁹ in publico pec
cato mortali p̃sũptuose ac indigne cõicantes in scandalũ & offensionẽ simplicium

Celebrãtes et ei in participantes

pusillorũ oĩmq; laicorũ christi fideliũ & sibi ipsis in ęternæ dãnationis iudicũ. Quos obsecro si hęc mea qualiacũq; sũt ęgre molesteq; patiãt, ut nõ mihi uitio uertãt, sed suo illi negocioso, pcuratori & electõ mãdatario, q̃ me nõ prouocat, nõ irritat, nullis meis demeritis neq; erga se, neq; in aliquẽ Coloniẽsẽ, pfessorẽ pcedẽtib, intolerabili affecit & lacessiuit iniuria, Quo facinore sperauit ex mea ignominia ppetuũ sibi nomẽ ad posteros trãsmittere aurea statua theologistis donãdus, ob tam mirum artificiũ infamandi, non sum aũt tam inuidens alienę gloriæ, ut non concedã aduersario meo amplã illustrem clarãq; diuturni monumenti nobilitatẽ, quã tñ ille nimiũ superbe appetit. aut certe ut eũ prohibeã, ne iuxta morẽ nobilium romanorum qui consueuerunt quattuor sibi nomina in memoriam sui non intermorituram uendicare, præ nomen nomen cognomen & agnomen, ipse quoq; sibi titulum splendidum quantũuis ex mei suppressione quęrat, quin potius adiuuabo si possum. Appellandus igitur esto me permittente cunctis nationibus & uenturę posteritati delator immo deletor iste meus deinceps a kalendis Martiis præsentibus anni. M.D.XIII. quattuor his insignibus famosis & gloriosis nominibus cedro aut buxo incidendis uel marmore si maluerit ita. Tungarus Arnoldus Calumniator Falsarius per omnia secula seculorum.

Tubingæ apud Thomam Anshelmum
Badensem. Anno. M.D.XIII

STAEDT. BIBLIOTHEK PFORZHEIM
Landes-Bibliothek Karlsruhe
Landes-Bibliothek Karlsruhe

Landes-
bibliothek
Karlsruhe

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

K 7947/
744
n. 30

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

STAEDT. ARCHIV PFORZHEIM

42 06867 9 031

BLB Karlsruhe

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg